


Handwritten text, possibly a title or name, written vertically in a stylized, cursive script. The text is partially obscured by a large tear in the paper at the top.

A  
40-81




27.a 6

6



A  
40  
84

T  
I  
R  
T  
R  
ot  
R  
a. I  
am  
I,  
O  
V  
A.



IACOBI PONTANI DE  
SOCIETATE IESV

(3)

PROGYMNAS-  
MATVM LATINITATIS,  
SIVE DIALOGORVM

SELECTORVM,



*Libri duo, Cum Notis:*

Ad vsam prima & secunda Scholæ Grammatices.

*Editio altera, in qua Germanorum dicendi modi*

GALLICE exprimuntur.

Accessit præter Notas complures, ex HADRIANO

CARDINALE confecta Epitome.



LVGDVNI,  
APVD BARTHOLOMÆVM  
VINCENTIVM.

M. DCII.

CVM PRIVILEGIO.

SVMMA PRIVILEGII REGIS, ET  
SUPERIORVM SOCIE-  
tatis IESV.

**B**ERNARDINVS Castorius rector Collegij societatis IESV Lugduni, iuxta priuilegium eidem Societati die 10. *May* 1583. concessum (quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem societatis hominibus compositos absque illorum permissione imprimant) permittit BARTHOLOMEO VINCENTIO Lugdunensi Bibliopola, & præter illum nemini, vt IACOBI PONTANI Progymnasmata Latinitatis, siue Dialogos de rebus Literariis, De morum perfectione, ac Dialogorum Selectorum libros duos cum notis, ad usum primæ & secundæ scholæ Grammaticæ, ad sex proximos annos imprimere ac libere diuendere possit. Datum Lugd. die 20. *Aprilis* 1592.

Bernardinus Castorius.



ILLVSTRIBVS,  
GENEROSIS, NO-  
BILIBVS, HONESTO LO-  
co natis adolescentulis, Per Gym-  
nasia Societatis IESV Gramma-  
ticae studiosis,

IACOBVS PONTA-  
nus, ex eadem Societate  
IESV S. P. D.



Acedemoniorum Regem  
Agesilaum, & Philosophia  
parentem Socratem aliquan-  
do domi cum pueris suis e-  
quitasse ludibundos in arun-  
dine scriptum lego. Quod  
factum si quispiam in tam  
grauibus, fortitudinēque ac sapientia laude pra-  
stantibus viris ad leuitatem potius, quam ad pie-  
tatem, & ad illum dulcissimum affectum, quem



erga natos, præsertim teneros ac pusillos natura parentibus inussit, referendum putabit, non falso ipse leuis, pa. ùmque in sententia dicenda prudens habebitur. Hæc Agesilaus ipse met, videte, quàm urbanè docuerit. Prætereuntem fortè amicum & nouitatem rei admirantem aduocans rogauit, ne cui ante narrare vellet, quod improuiso aspexisset, quàm ipse quoque legitimos liberos quasiuisset. Ex quo discere hominem cupiebat, quod ipse tum sentiret, illum similiter, cum tempus venisset, sensurum esse: & neminem scire satis posse, quo pacto afficerentur parentes erga liberos, qui ipse nondum pater vocaretur. Dicit aliquis, quorum tendit hæc tam festiua commemoratio? quid tibi tam suauis exemplo petis? Quid petam? Hoc certè: Præceptores, cõsque potissimum, qui nulla mercede Præceptores sunt, parentes alteros numerari oportere, qui quod genitum est, de integro, ac multò nobilius gignunt, quoniam paulùm distantes à conditione belluarum, homines, id est, Deo proximos efficiunt. Nec ulla mater ullo in sæculo tam florenti specie sobolem partu dedit, qua non formosuram probatissimi Præceptoris industria procrearit. Atque ut soli norunt, quomodo affecti sint erga filios, qui suo eos satum conceptumque ediderunt: sic soli Doctores ac magistri sciunt quantopere, & quàm sanctè ac diuinè diligant, quos erudiendos susceperunt: quorum caussa ipsimet repuerascere, se sequè ad angustos illorum captus demittere, discipulis blandiri,

blandiri, & ut breui comprehendam, ita eos tra-  
ctare non dedignantur, quasi cum ipsis in arundi-  
ne longa obequitarent. Omnis autem labor, omnis  
cura & sollicitudo in filiorum suorum animis sin-  
gendis, & ad suam maturitatem perducendis con-  
sumitur: qui quanto corporibus è materia dissolubi-  
li coagmentatione concretis antecellunt, tanto hi  
secundi parentes prioribus antecire censeantur. Non  
enim si sine illis in hanc lucem ingressi nunquam  
essemus, ideo etiam magistris prestare dicendi  
sunt. Sed quemadmodum qui corpus generauerunt,  
plus amant filios quam amantur à filiis: sic plerum-  
que ardentius amantur à magistris discipuli, quam  
à discipulis magistri, quorum virtuti non potest  
optabilior aut cumulatiores persolui merces, quam  
presentes culturae fructus, & recentibus animis e-  
ximia per laborem suum, & in omnem vitam par-  
ta utilitas. Quamobrem causae nihil est, cure ego  
vos ad redamandos Praeceptores adhorter, cum ip-  
sime quotidie ante oculos eos habeatis, & mo-  
dis omnibus eorundem erga vos charitatem bene-  
uolentiamque maximam experiamini. Quia ve-  
rò in omni disciplina etiam muti quidam magistri  
sunt, qui scriptis libris nos docent, non poterit  
quisquam dubitare, quin illis quoque pars amoris  
remetienda sit: in quorum ordinem cum non meo  
arbitrio, sed alieno imperio venerim, & volun-  
tatis erga vos mea hac secunda huius libelli edi-  
tione nouum testimonium attulerim, si denuò tam

multos atque ingenio excellentes adolescentes mei  
cupidos ac memores factos, ut saepe alias, intel-  
lexero, gaudia pectus meum etiam atque etiam  
pertentabunt. Valete. Augusta, XIV. Kalend. Feb.  
XCI.

INDEX





INDEX SELECTO-  
RVM PROGYM-  
NASMATVM, &c.

*LIBER PRIMVS.*

*Ex volumine primo.*

1. Filius paruulus à matre Magistro commendatus.	pag. 1
2. Elementorum conformatio.	7
3. Silentium & attentio.	10
4. Suggestio.	13
5. Accusationes.	15
6. Colloquium in schola.	21
7. Mutuatio calami.	24
8. Frustratio petiti atramenti.	25
9. Comparatio nominum verborumque coniugatio.	27
10. Nomenclatura.	29
11. Iterum Nomenclatura.	33
12. Temeraria suspicio.	36
13. Somnus in Gymnasio.	38
14. Virtus in teneris.	41

*Ex volumine secundo.*

15. Cubitum discessuri.	44
16. Salutatio matutina, ientaculum.	47
17. Consecratio mensæ.	46
18. Gratiarum actio post epulas.	49
19. Proborum familiaritas.	52
20. A Deo actionum capienda primordia.	55
21. Malorum societas.	58
22. Minutiora peccata.	61
23. Libelli scurriles.	64
24. Lu	

# INDEX.

24. Ludus globulorum.	68.
25. Ludus turbinis.	71

## LIBER SECVNDVS.

### *Ex volumine primo.*

1. Deductio pueri ad Magistrum & primum examen.	74
2. Euntes in ludum.	79
3. Excusatio absentia.	83
4. Calami preparatio.	87
5. Elementorum conformatio.	90
6. Orthographia.	95
7. Serus in ludum aduentus.	99
8. Peritio lusus.	102
9. Explicationum repetendarum ratio.	103
10. Amissus & promissus liber.	107
11. Auxilium & consilium.	109
12. Chartæ in membranam consuta.	112
13. Litigium.	113
14. Hora producta.	116

### *Ex secundo volumine.*

15. Sese vestibus exuentes, preces ante somnum.	118
16. E somno suscitati, precatio matutina.	123
17. Vestientes se, & reliqua peragentes.	126
18. Mores in cubiculo, in lecto.	129
19. Compositio corporis inter colloquendum, & consuetudines rusticanae.	134
20. Instruere & adornare mensam.	137
21. Quæ ante accubitum.	141
22. Ministrare accumbentibus, & alia.	144
23. Temperantia in victu.	147
24. Tempus & modus ludendi.	151
25. Officia ludentium.	153
26. Ludus auersandi.	158
27. Formulæ bene precandi.	162
28. Missæ sacrificium, & instrumentum sacrum.	165
29. Catechismus.	174



PROGYMNASMATVM  
LATINITATIS,  
SIVE DIALOGORVM  
SELECTORVM,



*Liber Primus.*

PRO PRIMA SCHOLA  
GRAMMATICÆ.

*Ex volumine primo.*

PROGYMNASMA  
SIVE DIALOGVS  
PRIMVS.

*Volumi-  
nis  
II.*

*Filius paruulus à matre Magistro commendatus.*

*MATER, PVER LVDIMAGISTER.*



MATER. Narcissule, agendum, onera paliolo humeros tuos, & actutum sequere me. P. Quò concessura es mater? M. In locum periucundum, perq; amœnum & salutarem. P. In hortum? M. Etiam, in hortum ibimus. P. Tollam ergo mecum corbulam meã ad poma & fesculos colligendos. M. Non opus istis corbulis

ad hæc poma, atque ad istos flores, eius de quo loquor hortuli asportandos: moue te ocyus. Non intelligo mater quorsum me ductura sis. M. In scholam ad Magistrum te ducam, ô fili, tibi Latinitatis tyrocinium pones, posteaquam intra domesticos parietes à Pædagogò vsque ad hoc temporis legere, & formas literarum quoquo modo pingere doctus es. P. Hei, nolo in scholam itare. M. Caue sis malam rem: debes. velle quæ Pater & ego volumus. P. Virgas pertimescò, quibus me præceptor assiduisimè tacturus est. M. Ne timueris, mitissimus atque lenissimus homo est, puerosque dociles, ac morigeros amat vnice, nec eos digito attingit. P. Missum me fac isto anno, in sequenti quòd constitutum habes transige. M. Opprime os & sequere. P. Sequor. M. Hem, illæ sunt ædes, illic est Gymnasium, quòd maturo pergere. At ipse Ludimagister eccum prodit foras. Cum proximè accesserimus, primùm nudato capite inflecte aliquantum genua, deinde dexteram manu tuam osculatus eidem porrige. Astabis autem solo fixos tenens oculos, & quam modestissimè placidissimèque ad interrogata respondebis. P. Vt iubes mater. L. Salue bona fœmina cum istoc paruulo tuo. M. Salue multum vir literatissime. L. Tu ane isthæc soboles? M. Mea, DEO sint laudes, cui in acceptis refero. L. Quid venis? in meamne fidem ac potestatem permittura filiolum tuum? M. Ea propter huc me affero, mi Domine, & te per illos quos ipse genuisti liberos, rogo atque oro, institue mihi hunc puerum literarum atque morum præceptis, pro eo ac consueuisti diligèter. Pretium tibi largè cumulatèque persoluam, & ille qui omnibus omnia muneratur Christus, maioribus te præmiis

præmiis in cælo dignabitur. L. Ita spero quidē.  
 Tibi autem affirmo, me in isto puerulo informando  
 nullam laboris partem prætermitturum. Hoc por-  
 rō fidelis ac piæ matris est munus, quo tu perfunge-  
 ris modò: optare scilicet, & curare suos erudiri libe-  
 ros: ne si manserint literarum imperiti atque rudes,  
 haud minùs differant à doctis, quàm arbores infru-  
 ctiferæ à fructiferis, equi indomiti à domitis, & à  
 viuis mortui. Qui vocare? mi paruule. P. Narcissus.  
 L. Conueniunt rebus nomina sæpe suis. Perquàm  
 scitus puer natus est tibi, & prælagum ipsi nomen  
 indidisti: Visura es aliquando hunc virtute, & sa-  
 pientia florentissimum, Deum quæso, vt vitæ tuæ  
 superstes sit. M. Ille idem faciat, vt huic formæ mo-  
 res consimiles sint, aptæque membrorum compo-  
 sitioni & coloris suauitati, præclara animi species  
 olim pulchritudòque respondeat. L. Iamne legere  
 nosti, Narcisse? P. Noui. L. Et ducere literas? P. Ita. L.  
 Lege quod typis impressum cernis in hac paginu-  
 la. P. *Cum & contra voluntatem meam, & præter opi-  
 nionem accidisset, vt mihi cū imperio in prouinciã pro-  
 ficisci necesse esset, in multis & variis molestis legatio-  
 nibusque meis hæc vna consolatio occurrebat, quod neq;  
 tibi amicior.* L. Sufficit, perfectè legis. Libet èrne fre-  
 quentabis scholas? M. Permetuit virgas, Domine, vt  
 pueritiæ mos fert, alioquin non inuitus discit. Ve-  
 runtamen in hoc metu illum esse haud inutile est.  
 I. O Narcissule, habe bonum animum. Nisi fueris  
 incredibiliter turbulentus & segnis (quod minimè  
 futurum credo) nihil graue patieris, sed primum  
 apud me amicitia locum tenebis, disputatorum du-  
 ces familiam, sedebis loco primario, & quàm sapif-  
 sime brauiò potièrè. Nec me defectura est pomo-



rum, ficuum, amygdalarum, & sacchari copia, unde crebra sedulitati tuæ dem munuscula. Tu, matrona, cures licet ne domi nimium lusibus vacet inter co-ruos suos, néve mulierum ancillarum blandimentis abstrahatur à studiis. Prouideas ne absit à schola, nisi forsitan morbo teneatur. Progressus plurimum impedit absentia. M. Scilicet ita res est. Satis contentè illum habebò, neque finam vt absit à Gymnasio. L. Emes libellos illi ad hanc scholam necessarios, & in diebus paucis in ludum mittes. M. Etiam. L. Vale. M. Communis ille omnium magister & imperator Deus te nostræ iuuentutis moderatorem lectissimum longissimo tempore viuum ac sospitem præstet.

---

NOTÆ.

**N**ARCISVLE, AGEDVM) Or sus, ou, de-  
 peche toy. ONERA HUMEROS) prens-  
 fur toy, non autem, charge tes espaules: quod esset qui-  
 dem verbum è verbo, sed minus Gall. Illud verò est, &  
 Latina phrasi cognatum. Cura sit Præceptorì, inter ex-  
 plicandum cum in simplicibus, tum in coniunctis ver-  
 bis, siue locutionibus & sententiis linguarum differen-  
 tiam pueris ostendere, & eiusmodi interpretationes af-  
 ferre, quæ à Latino idiomate parum recedant, seu po-  
 tius, quæ ad id multum, & quàm proximè accedant,  
 Persuadeat hoc etiam sibi, quomodo in Latina sepius  
 ornatiore sunt ea, quæ de Græco, si in barbaris linguis  
 venustiora esse, quæ de Latinis & Græcis fontibus pro-  
 fluxerunt. Cum enim cōtrouersum non sit, linguã linguã  
 quasi mutuas tradere operas, tum id hæcæ duas erudi-  
 tissimas præstare barbaris, usq; multa & largire, & lar-  
 giri posse ornamenta longè magis credendum est. PAL-  
 LIOLO

LILO TVO) Pallium, vn mâteau. Diminutum. palliolum, vn petit manteau. Palla est honesta mulieris vestimentum, hoc est, tunica pallium. Nonius. vn manteau de femme. Virgil. 1. *Æneid.* Pallam signis auroque rigentem. Et in 11. de filia Metabi.

Pro crinali auto, pro longæ tegmine palla:

Tigridis exuuix per dorsum à vertice pendent.

Diminuta vox, pallula. Mantelium seu mantellū Varro lib. 5. dici vult, quasi manuterium, ubi manus tergantur, ut sit idē quod mantile, & Græcè, ἡρόμακτρον. Veruntamen Plaut. Capt. oro pallio, seu velamento posuit.

Nec sub dolis mendaciis vsquam mihi integumentum est meis,

Nec sycophantlis, nec fucis vllum mantellum obuiam est. Vnde Gallicum, manteau. Est & ἡρόμακτρον apud Athenæum velamenti genus. IN LOCVM) In locis spectantur partim naturalia, partim fortuita. Ex quo hæc locorum discrimina. Maritimi, remoti à mari: plani, montosi, leues, asperi: salubres, pestilentes: opaci, aprici: culti, inculti: celebres, deserti: coadificati, vasti, obscuri, rerum vestigiis nobilitati: consecrati, profani: publici, priuati. Cic. Part. Cornif. lib. 2. Locus purus in vrbe, non edificatus. CORBVLAM MEAM) Corbes dicti, quia curuatis virgis contexuntur. Isid. libr. 19. cap. 9. Varro lib. 4. ab eo, quod spicas, aliudve quid corruebant. Sporta, qua exportatur aliquid, seu quia ex sparto fit. Canistrum, quod fissis cannis contexitur. Cophinus ex virgultis, vas minus, terra similibusve portandis idoneū. Fiscella à fiscina. Quibus comportantur fructus, ac necessaria res, de iis fiscina à ferendo dicta. Calathus, vn panier d'osiere. Vnde calathiscus, vn petit panier. Itē, vn plat, ou escuelle à laiēt, apud Virgil. 3 Georg. Sed quocum quisque est, qui sporulam esse aliud sciat, quam quod diximus? Est igitur id pecuniola, vel cibariorum,

quod viritum in magnis virorum principū domibus quotidie saluatoribus, deductoribusque, vel domesticis ac famulis distribuitur. Sportella cibi quoddam genus ad secundas mensas consuetum. Vide Bud. in Pand. AD ROMA) poma vocantur generatim fructus arborum omnes ad esum apti, proprie tamen molliores: ut qui duriores, seu tegumentis & involucris durioribus sunt nuces. Pometa, ubi poma nascuntur ut oliueta, coryleta, palmeta, fruteta, vineta: Pomaria, ubi seruantur, vñ grenier à pommes, & à fructis: ut penuaria. Charisius. Tamen & loca pomificis arboribus consita sic dicuntur. Horat. lib. 1. Ode 7.

Et præceps, Anio, & Tiburni lucus & vda  
Mobilibus pomaria riuus.

TYROCINIUM PONES) Cuiuscunque artificij primæ actiones ac rudimenta tyrocini) nomen habent, & tyro. vñ apprentif. Ponere alicuius rei, seu in re aliqua tyrociniū sive rudimentum, ut ponere studiū, tēpus, statem, laborem in aliquo negotio, entreprendre quelque chose. Quint. declamat. 3. Et mehercule festinarunt parentes ad nomen liberos mittere quāuis asperrimo bello, velut occasionem complexi, ut sub te ponere rudimenta militiae contingeret, cernere quotidie diuina virtutis exēplum, te hortaturē operam habere, te testem. Budæus in Pandect. tyrociniū dictum ait, cum in forū primū oratores futuri ducbantur, quasiq; oratoria arti initiabantur, & agendis causis. Ibidē plura. Quod addit ad extremū facere tyrociniū, & rudimētum ponere, Latine dici, quod vernacula lingua, caput operis facere, id est, inuiam opificij, faire vñ chef d'œuure, ἀποτέλει τὴν ἀρανοσίαν, non puto hāc explicationem ubique valere posse, ubi elocutiones illa valent, nec ipse testes adducit, & facere tyrociniū valde simile est illis: facere merca-

*turam, argentariam, scriptum, &c. Si quis contendat, ponere non aliud esse, quam deponere, cum dicimus aliquē tyrociniū aut rudimentū virtutis, militia, literarum ponere, etiā hoc modo verū est, quod scripsimus in dialogo. Ibi, inquit mater, Latinitatis tyrociniū ponis. id est, tandiu lingua Latina preceptis discendis, & scriptiois exercitationi operā dabis, quoad illius scientia tyrocūlus esse desinas, quoad tyrociniū illo egressus, inter scholasticos milites veteranos, non amplius inter nouitios censeare. IN SCHOLAM ITARE) Visitare, & visitare scholas, nescio magisne ridenda, an miseranda Latinitas. Loquantur pueri ut nos & hoc loco, & alibi. OP-PRIME OS) serre la bouche, NVDATO CAPITE) Nudare & aperire caput Latina sunt, deponere pileum nequaquam. HVC ME AFFERO) Cemicum dicendi genus. Terent. And. Haud auspiciō huc me attuli. Plaut. Amph. Ego sum Iouis dicto audiens: eius iussu nunc me huc affero. Eiusdem forme sunt, aufero me, ago me, facesso me, duco me, penetro me, deporto me, rapio me, quibus vtuntur antiqui. Animi enim voluntas & iudicium mouent & agitant corpus, ut seruum, aut instrumentum. PERQVAM SCITVS PVER) vn fort plaissant, & gentil petit enfant.*

---

## PROGYMNASMA

8

### SECVDVM.

*Elementorum confirmatio.*

*IOSIAS. EXPPERIUS.*



**I**OSIAS. O scitissimum archetypon, & speciosissimas literas, o illecebras. Diuina, quod aiunt, virgula adeptus es hanc elegantiam. Sed vnde? E. Meus germanus

patris iussu manu sua mihi confecit. I. Vbi porrò ipse didicit ductus hosce bellissimos? E. Semper huius artificij cupidus fuit, & in quendam Magistrum, anno proximo superiore, incidit, qui Latinas, Græcas, Germanicas pingebat excellentissimè. I. Exemplar & prototypon quoddam mihi quoque datum est muncii ab amico: verùm præ tuo sordet. En. E. Quare contemnis? si ad istum modum ac formã effinixeris elementa, uti in hac tua papyro efficta conspiciuntur, iudicabo te oleum non perdidisse. I. Atqui optima imitandi cupido assiduè versat animum meum. E. Atqui hic non quæritur optimum. I. Laudatur tamen. E. Non nego. I. Ostende mihi tuam manum. E. Ecce. I. Quasdam exprimis prope modum perfectè, quasdam non allequeris, quod pace dixerim tua. E. Paulatim, & consuetudine imitandi allequar. I. Prò quàm decentia f. quàm decora p. q. & omnes denique caudatas literas facit ille frater tuus! E. Quid notas grandiores? nonne amas? I. Mirificè. E. Aspice A, vide D, & M. tanquam si ex typis æneis in chartam essent impressæ. I. Ipsa verò quæ alphabeto subiecta est scriptura, quàm ad lineam rectam sine linea directis versibus! quàm æqualibus sursum ac deorsum elementis! Vnum te volo. E. Vel decem. I. Nonne tibi præcepta dat pingendi, & lapsus corrigit? E. Certè: & nonnunquam sua manum meam, tenentem calamum comprehendit, atque alienis digitis pingit, ut ego tractibus literarum hac ratione assuescam. I. Inires à me non vulgarem gratiam, si exemplum à fratre mihi curares. E. Difficulter inducam. Nihilominus quoniam te tanto studio pulchrè pingendorum characterum ardere animaduerto, curabo, ut voti compos fias.

I. Quo

I. Quotum intra diem polliceris daturum in manus?  
 E. Intra quartum. I. Perlubenter gratissimum hoc  
 donum tandiu exspectabo, cogitabóque interim,  
 quo te honorario remunerer. E. Sic habeto, me gra-  
 tuitò hoc operis non esse facturum.

## NOTA.

**E**LEMENTORVM) Literas etiam elemento-  
 rum vocabulo nuncupauerunt, ad similitudinem  
 mundi elementorum. Sicut enim illa coeuntia omne cor-  
 pus perficiunt: sic etiam haec coniuncta, literalem vocem  
 quasi corpus aliquod componunt. Priscian. lib. 1. **C**ON-  
 FORMATIO) Confirmare, former, Confirmatio,  
 forme & project. Admodum belle conformat literas: il  
 forme fort bien les lettres. **A**RCHETYPON) Exemplar  
 primigenium in aliqua re, ad cuius similitudinem reli-  
 qua fieri oportet. Vn Formulaire, vn Monstre, vn Ori-  
 ginal. Idem est prototypon. **O**SCITISSIMVM **A**-  
**R**CHETYPON) ó speciosissimas, &c. O le plaisant pa-  
 tron: ó comme les lettres sont belles & delectables.  
**V**IRGULA DIVINA) Cum quid nobis quasi  
 dormientibus, sine vlla vel nostra, vel aliorum opera, &  
 quodammodo caelitus contigisse significare volumus. Cic.  
 Off. Quod si nobis omnia quae ad victum cultumque, per-  
 tinent, diuina, quod aiunt, virgula suppeditarentur.  
 Veteres ut annulis, ita virgis ferendis vim quandam fa-  
 talem ac magicam inesse opinabantur. **M**EVS **G**ER-  
**M**ANVS) frater aut ex alia matre, aut ex alio patre  
 potest esse, germanus ex eisdem parentibus sit necesse est.  
 Cornel. Fronto. vn amiable, vn naturel frere de pere  
 & de mere. **P**ROXIMO SUPERIORE) Sic  
 (ic. episto. 9. lib. 1. Gabinius quem proximis superioribus

*diebus acerrimè oppugnassent. Et 2. de Nat. Deor. Huic proximum inferiorem orbē tenet. Philip. 2. Proximo altero die, pro, postero die. Varro. Proxima superiora loca. PRÆTVO SORDET) Le tien est dix fois meilleur. OLEVUM NON PERDIDISSE) Proverbum, oleum & operam perdere, frustra laborare, aut sumptum facere. A gladiatoribus & palestris, qui certaturi se oleo perungebant. Simile est illud corui saluatoris, de quo Macrobi. Satyr. lib. 2. c. 4. Oleum & impensa perit. Gallicè, querit d'eau dans vn crible. TVAM MANVM) Probum est quoque, mea, tua litera, pro mea, tua manus. Cic. ad Att. epist. 2. lib. 7. Alexidis animum amabam, quòd tam prope accedebat ad similitudinem tuae litera. PACE DIXERIM TVA) pardonne moy, INTRES A ME, &c. Tu acquerras vne grande grace enuers moy. TE HONORARIO) de quoy t'en faire vn present.*

13

## PROGYMNASMA TERTIVM.

*Silentium & attentio.*

*SIGISMVNDVS, CAELESTINVS.*

**S**IGISMVNDVS. Dupliciter peccatur in gymnasio quotidie, ab aliis hoc, ab aliis illo modo. C. Quae sunt ista peccata? S. Cōfabulari, & Praeceptorī nō attendere. C. Qui prius designant, utroque tenentur. S. Ita profus exultimo. Verum qui aliud agunt, alibi oculis curiosè diuagantur, pingunt animalia, equites, stultos, libellos ineptos legunt, chartas & scamna  
conscin

conscindunt, ili in posteriore genere culpam castigabilem committunt. C. Verè dictum sentio, & noui quorum ista est consuetudo. S. Tu ipse vnus de illis es. C. Egone. S. Ita, næ. C. Falsò hoc in me vitium confers. S. Mentiri non est meum. C. Attentissimè audio. S. Non semper. C. Quando eorum quatuor commemorasti aliquid ago, quasi si quid pertransennam inspicerem, & leui brachio id fit. S. Vt eleuat hic peccatum suum? C. Haud eleuo: vt loquor, ita res est. S. Quin est quando sermunculos feris cum proximis. C. Demiror tantum tibi esse otij à rebus tuis, vt aliena cures. S. Tam sine pudore id perpetratis, vt non possum nõ notare; videret vel cæcus, audiret etiam surdus. C. Vicissim te captabo. S. Capta, non capies tamen. Sed extra iocum: desiste, si te amas, ab huiusmodi virtutibus, & noli cum teipsum priuare tantarum utilitatum fructu, tum alios impedire. C. Quos alios impedio, cum tenuissimo sono loquar? S. Qui propius tibi assident, dextrâ, sinistrâ, & à tergo. C. Apage cum superstitiona ista religione tua. S. Amicè monenti volens obsecunda, & boni consule: alioqui coactus, non mihi, sed Magistro flagris te operienti obsecundabis. C. Adeo infanda hæc tibi peccata videntur? S. Magna procul dubio suo in genere. Nam quid indignius, ac turpius in schola delinqui possit, haud dispicio. C. Nisi aut ego mutus fiam, aut tu obliuiscas, difficilè pax inter nos erit. S. Tu considera quorsum eas, & quid tibi futurum sit. Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum: aues assuescunt, sæpè edunt: semel si sunt captæ, rem soluunt aucupi. C. Intellego parabolam. Opere maximo dabitur opera, ne fraudi sit hoc aucupium.

NOTÆ.



## NOTÆ.

IN POSTERIORE GENERE) In quo & illi, Iqui ut trunci ibidem in scamno ad librum confidentes, cubito nixi, manu caput sustinent, ad leuissimum quemque strepitum oculos & caput ipsum circumagētes, mustitantes, in parietibus, in laqueari, in condiscipulorum vultibus aspectu commorantes. Nulla porro res est, qua in schola puerum aequè ornet, & amabilem faciat, ut chartaceus libellus ante ipsum explicatus, & in eo dextra cum calamo occupata, quo semper aut ipse componit aliquid, aut describit, aut vocum interpretationes excipit, aut commodè quippiam & eleganter dictum notat. N. E.) *Græce vai, ceric, vrayement, & en verité. Terent. And. Faciunt ne intelligendo ut nihil intelligant. Ils entendent croistre l'herbe, & touffir les mouches. Cic. 2. Phil. Ne tu si id fecisses, melius pudicitia tua consulisses. MENTIRI NON EST MEVM) ne fois point accoustumé à mentir. PER TRANSENNAM) *Transenna, Vne caje ou treillis que l'on fait deuant quelque chose, fenestre treillisee. Vide annota. primi voluminis, ubi cum hoc, tum quod continenter sequitur (leui brachio) explanauimus. Mollī aut leui brachio facere aliquid, Soudainement faire vne chose, en passant, ou par maniere d'acquit. VT ELEVAT HIC PECCATVM SVVM? comme cestuy-cy se fait homme de bien. SERMVNCVLOS SERIS) *Plaut. Milite. Quæ huins similes sermones serunt. Truculent. Quod quidem mihi pollutus virgis seruos, sermonem serat? A serendo quoque sermonem declinatū esse. Varro censet lib. 5. TE CAPTABO) te te guesteray, ie te veux attendre sur le fait, si ie te pouuois vne fois surprendre. EXTRA LOCVM) le le prens à bon elcient. APAGE, &c. Allez, va t'en avec***

ton foing inutil. FLAGRIS TE OPERIEN-  
 T I) *Operire quemquam flagris, verberibus, fustibus: ce*  
 n'est autre chose que fouëtter fort & ferme, avec vn  
 fouët, verges, ou ambres. *Flagellare annonam*, faire  
 encherir le bled. *Flagrio*, vn meschant garçon digne  
 du fouët, lequel on doit fort estriller.

PROGYMNASMA  
 QVARTVM.

*Suggestio.*

MAGISTER, STEPHANVS  
*discipulus.*

**M**AGISTER. Sæpenumero cum mi-  
 nis seuerissimis interdixi vobis pueri,  
 ne suggereretis recitantibus: vos nihi-  
 lominus, qui mos est vester, idem pec-  
 catum peccare non desinitis, & pa-  
 tientia mea nimium abutimini: Iam postremû mo-  
 neo, prædico, & antè denuntio tibi præsertim ca-  
 pillate, tibi bone Stephane, quem obseruauï præ-  
 ter cæteros in ista noxa contrahenda diligentissi-  
 mum; nisi temperaueritis ab ista intempestiua be-  
 neuolentia, non ego mihi temperabo ab iracun-  
 dia. S. Non soleo tam frequenter, M. Non soles? ne-  
 mo quisquam frequentius. Prospice rebus tuis: nam  
 acriter vlciscar te, si vel semel ampliùs suggerentem  
 conspexero. S. Spero mitiora. M. Spera quæ vis, quod  
 acciderit patienter ferto. S. Oportet me gratum esse  
 aduersus benemeritos. M. Etiam tu taces? Illa meri-  
 ta tua merebuntur, quod dixi, præmium. Itaque nisi  
 finem

finem datis mutuo bene merendi, & imperium meum minuendi, faciam ego ut huius diei, locique, meique in omnem vitam memineritis. Et ego quidem verberando, vos vapulando defatigabimini. S. Crudele promissum. M. Nihil hoc genere puerorum perniciosius in schola. Quid enim? dum hinc inde, dextra leuaque, antrorsum, retrorsum recitantibus subueniunt: vbi eos memoria fugit, illos reddunt ignauissimos, & ipsi expectatione similis beneficij, fœcordia fœcordiores fiunt. Quisque sui memor, vt pœnam rite sentiat, punienda ne designet.

NOTÆ.

**C**APILLATE) Capilli quasi capitis pili, facti ut decorem præsentent, & cerebrum contra frigus muniant, atque a sole defendant: pili à pelle qua prodeunt. *Isid. lib. ii. cap. i.* Capillus passus, les cheueux espars, Crinis à πὸ τῆ κεφαλῆ, à discernendo dictus. *Cæsaries à cadendo*, cheueux beaux & polis, & est virorum tantum, vt volunt Grammatici, mulierem enim tonsam esse non decet. *Virgilius Nymphis tribuit Georg. 4.*

Drymoque, Xantoque, Ligeaque, Philodoceque,  
Cæsariem effusa nitidam per candida colla.

Sed poeta verborum licentia liberiores sunt, inquit i. de Orat. *M. Tullius.* Coma κεφαλή à πὸ τῆ κεφαλῆ, à curando & orzando. Hinc comā alere, nutrire. Coma adscititia, seu adopticia est aliena coma, qua muliercule ad ornatum vtuntur. Quæ in componendis singendisque capillis multum temporis & cura consumunt. Quæ in rē olim ancillas ornatrices alebant, quæ præsertim placere se studebant amatoribus. Concinni crines intorti & calamistrati. Dicuntur item cirri, quasi in circū contorti, les cheueux

ueux crespéz, outortillez. *Marzial. annulos, Claudianus, orb. s. Plant. cinnos appellat. Antia sunt pili à fronte propendentes. Dicuntur & caprona, velut à capite prona. NEMO QVISQVAM*) Nemo quisquã, nemo homo, non nemo, nemo vnus, nemo vir, veterũ scriptorum sunt, quorum testimonia producit *Cardinalis. VLCISCAR TE*) duobus modis hic sermo explicatur: pœnas reposcã à te, & ab alio reposcam propter te, seu iuo nomine. *ADVERSVS BENE MERITOS*) Hec particula non solum significat contra, verum etiam, erga: id est, tam in bonam, quàm in malam partem. *Cic. 2. Off. Viendum est excusatione aduersus eos, quos inuitus offendas quacunque possis. Ad Att. lib. 12. epist. 3. Blãdus aduersus aliquem. Locos alios pretereo. IN OMNEM VITAM, &c.* Je vous traiteray de telle façon, qu'il vous en souuiendra toute vostre vie.

## PROGYMNASMA QVINTVM.

### *Accusationes.*

*HIERONYMVS, FELIX, MAGISTER,  
ALEXIVS, PANTALEON, BERNAR-  
DVS, EPARISTVS, GERVASIVS, CY-  
PRIANVS, DAVID, IONAS.*

**H**IERONYMVS. Pape, quid tu audacissime locum alienum occupas? F. Alienum? H. Ita loquor, alienum. F. Tuumne? H. Meum inquam. F. Non est hic locus tuus. H. Cuius est? doce me. F. Meus. H. Age si quid agis. F. Quid ego agam? H. Restitue meum mihi locum, quem,

quem inuolasti. F. Si tuus sit, restituum. Aufert hinc iurgium, si sapias. H. Præceptor, iste mihi iniuriam infert. M. Quid illic clamoris exoritur? H. Felix, dum ego aliquanto post tempus venio in scholam, impudenter vindicauit locum meum. F. Falsò me accusat, teneo locum meum. M. Quid tu ad hæc? H. Quia honoratior est locus, idcirco me absente ausus est in alienam possessionem irruere. F. Non irruui. H. Irruisti: restitue debitum. F. Nihil debeo. M. Dirimam litem. Meridianis horis parati instructique ad concertationem eritis. Tum si tu Felicem, Hieronyme, disputando viceris, infimo ipsum loco, prope ianuam collocabimus, vt ei tutelam gerat, & humilietur, qui se nouo exemplo exaltauerit. Sin ipse te superarit, retinebit hunc locum; quoniam te dignior omnium punctis censebitur qui hic sedeat, & iuste eum repetere non poteris, mea quidem sententia. F. Æqua conditio. H. Non detrecto hanc pugnam. Commutabo tibi nomen hodie, si viuam, vt pro Felice Infelix vocere. F. Minas tuas floccipendo. M. Quos ego post tergum meum confabulantes audio? Heus, quinquam modò inter se confabulati sunt? A. Pantaleon & Bernardus. M. Linguati pueri, quare non silentio ediscitis, quæ mox recitetis? P. Non sumus confabulati. A. Estis, & diu fatis. B. Reuera non garruiimus. M. Quid fuit igitur? P. Interrogabam nonnulla Bernardum, quæ minùs intelligebam. M. Qua in re? B. In Catechismo. A. Hoc se facere simulabant illi quidem, verè autem de suis quibusdam nugis sermonem miscebant. P. Te tam audacter assenerare? M. Hem astutiam: faturne rem Alexius? B. Certè hic minimè. A. Conuincam vos argumento palamietenim sententias quaf-

dama

dam retineo de sermunculo vestro. M. Premit aduersarius. Fateamini quod res est, & culpa vos solvam. Si pergitis inficiari, virgas cernitis: his non tam ob ruptum silentium, quam ob mendacium tãgam vos vsque ad necem. B. Fatemur: de prandio hesterno, in quo simul accubuimus, colloquebamur. M. Cauete, alioqui pessimè cœnatos dimittam. E. Est quod exponam, Præceptor. M. Expone. E. Heri Geruafius & Cyprianus se cõuiciis alternatim confectabantur, vicissimque pugnis se onerabant egregiè. M. Vidistin? E. Vidi cum fortè fortuna in eos ambulans incidissem. M. Quo tempore? E. Haud multò post quàm solutæ sunt scholæ. M. Quo in loco? E. In publico, ante domum Cypriani. Mirabantur prætereuntes, & consistebant. Quin his auribus audiui qui dicerent: O pueros malè moratos. Vtinam aliquis Magistro rem indicet, vt is ambobus pro dignitate stipendium numeret. M. Tantùmne est? E. Tantum. M. Facimus improbum. Surgite & prodite in medium bellicosi homuli. Hancine disciplinam aut à parentibus vestris, aut à me percepistis? hæccine vos flagitia consciscere? contumelias intorquere, & obserere pugnis sodales suos? G. Coëgit me Cyprianus. C. Tu me coëgisti. M. Vtrumque nequitia tua coëgit, ambo furore & amentia impulsus ab officio discessistis, de hoc nulla est quaestio. Me tamen cogitis vobis pro isto conflictu mercedè liberalem, præsentis & probata pecunia tribuere. Expedito mihi virgam, Euariste, de virgis melioribus, acutum. E. Curabitur. M. Quæ porò controuersia confluxit hoc duellum? G. Irridebat me suspensio naso Cyprianus, quod per caligas indusis pendebat, & rilu penè emoriens, multis qui for-

tè circumstabant audientibus: En: inquit, iste tam auidè cibum vorauit, vt ipfas quoque mappas deglutiuerit. M. Magna verò, & sine dubitatione intolerabilis iniuria. Cur ad sartorem subligaculum reficiendum non deportasti? G. Non aduerti esse lacerum. M. Non aduerti. Sat argumenti, te morum ciuilitatem non attigisse vel extremis digitis. Ad rusticanos cum isto Geruasio, qui cùm vrbanus sit, vrbanum nihil habet. Iam, quas tibi contumelias imposuit? C. Nebulonem & pròditorem me appellabat. M. Quibus tu Geruasium epithetis contra honestasti? G. Subulcum & afinū me nominabat. M. Hoc fuit tubis cecinisse, deinde exemplò secutum est prælium, ventum ad manus, contudistis alterutrum: nonne? G. Factum, heu. C. Ac nisi me in pedes dedissem, cerebrum mihi diminuisset; sic iracundia & furore exarserat. M. Ego, vt munificus Imperator istis duobus tam strenuis bellatoribus propter generosissimam velitationem dabo congiarium. Et quia Geruasius ob causam leuiorem tantopere non debuit excandescere, dabo illi maius. Te quoque docebo, Cypriane, huiusmodi scurrilibus iocis, & intempestiua dicacitate abstinere de cætero, Ite, & ad præmia capièda resolutis ligulis vos comparate. P. Præceptor, Alexius pingit. M. Alexi, quid facis? A. Nihil. M. Nihil? At iam faciam tibi aliquid. Exhibe chartam. A. Nihil est. M. Ostende sine mora. A. Quæso. M. Videam. O Alexi, ecquando in ludum pictoris iuisti? quàm graphicè adumbras canes & ceruos? suppone sinistram ferulæ: suppone: ecquid audis? Ah, ah. M. Concrepito. Si rursus deprehendero pingentem, scis quid tibi depicturus sim? A. Scio. D. Præceptor, licètne pauca? M. Quid dicturus?

rus? D. Ionas non habet librū. M. Vbi est liber tuus? I. Amisi. M. Siccine rem tuam custodis? Domine, an in schola, an in via? I. Nescio. M. Quæsiuisti? I. Tanquam si aciculam quærerem. M. Nisi tu ante noctem repereris, cras in te exemplum edetur, vt ne quis deinceps perdat libros suos.

## NOTÆ.

**A**GE SI QUID AGIS) Fais cela, fais le. **AVFER HINC IVRGIVM**) point de bruit, sois paisible. **QVID TV AD HÆC?**) que dis tu là dessus? **MERIDIANIS HORIS**) *A meridies fit meridianus*, heure de midy. *Inde antemeridianus, & postmeridianus: quo utitur quidem Cic. sed manuit tamen pomeridianus in Orat.* **VT EI TV TELAM GERAT**) qu'il soit le portier, **NOVO EXEMPLO**) sur vn exemple nouveau, à la nouvelle façon. **OMNIVM PUNCTIS**, de tous poincts. *De punctis in ferendis suffragiis dictum annotat. volum. prim.* **FLOCCIPENDO**) idem quod *floci facio*: Je ne donnerois vn nicquet, ou vn cheueux de teste. *Floccus*, vn lopin de laine, **LINGVATI PVERI**) Vous garçons babillards, vous auez vos lagues si desliees, vous gorges qui iappez. *Fronto, Elinguis habet quidem linguam, sed vsu eius caret: elinguitus amisit. Bilinguis*, qui est tantost blanc, tantost noir, vn trompeur. *Item qui duas linguas nouit.* **PREMIT ADVERSARIVS**) *Premere absolute, valet interdum, quod in disputationibus barbarè dicitur, dare instantiam, seu instare. Cic. i. Tuscul. Hic premendum est etiam atque etiam argumentum. Urgete eandem vim habet. Rectè tamè his duobus utemur, cum*



argumentorum firmitate, & copia alicuius assertionem iterum iterumq<sup>3</sup>, oppugnati declarabimus, ubi illa barbara non perinde valebunt. *CULPA VOS SOLVAM*) Je vous pardonneray. *PUGNIS SE ONERABANT EGREGIE*) Ils se battoient à grâds coups de poings; ils se groumoient. *Pugnis manus contra*, le poing, *contra iurum palma, manus explicata*, la main estêdue, la palme de la main. *HIS AVRIBVS AVDIVI*) *Virgil. 4. Æneid. vocémque his auribus hausi.* Pleonasmus hic ad rem confirmandam, ad declarandam, item ad effectum est idoneus. Talia sunt, his oculis vidi, hac manu tetigi. *PRÆSENTI ET PROBATA PECVNIA*) en bonne monnoye & argent content. *DVELLVM*) bellum, videlicet quod duabus partibus de victoria contententibus dimicatur. Inde & perduellis qui pertinaciter retinet bellū, *Festus.* Vn ennemi ouuert, ou ennemi iuré d'une ville ou Seigneur, ou Prince, *Perduellio*, criminis ipsius nomen. Vnde actionem perduellionis alicui intendere. (ic. apud *Linū lib. 1.* *Duūuiros* (inquit *Tullus Rex*) qui *Horatio* perduellionē indicent, secundū legens facio. *Olim* tamen perduellis non aliud sonabat, quàm nunc hostis. *Cic. 1. Of. SVSPENSO NASO*) quod *Græci* μῦντιπῖδῃ, *nasō* corrugando subsannare & irridere quempiam, *i. aini nasō* suspendere. *Horat. sat. 6. libr. 1. & 8. libr. 2.* se moquer d'une personne: ou l'irriter. *Aliter.* *Nasō* quempiam, aut *aaunco nasō* suspendere, est simpliciter irridere, quod qui *adunco nasō* sunt, irrisores habentur, & quod irrident, id verò ut lance quadam, sic *nasō* suspendere ac ponderare videntur. *Turneb. libr. 4. c. 9.* *Nasutus*, qui a vn gros nez, ou vn habile homme qui sçait prendre toutes choses à propos. *Hinc nasutus.* *AD RVSTICANO S*) à la charrue, *Geruasio*, vn fouët à la main. *VELITATIONEM*) *Veles leuis*

armatura miles, quasi volens, à volatu scilicet Velitatio, vne escarmouche. Velitari & velitatio etiam ad sermonem transferuntur, & significant iurgari, & iurgium. DICACITATE) Dicax, vn Iaseur qui se delecte à faire noyse. Dicaculus, vn petit gauilleur. Dicaſitas mocquerie, ſcurrelis dicacitas, plaisante mocquerie de garçon. Cic. 2. de Orat. Duo sunt genera ſacettiarum: alterum æqualiter in omni sermone ſuſum: alterum per acutum & breue. Illa superior caviſtatio, hæc altera dicacitas appellatur.

---

## PROGYMNASMA

### SEXTVM.

22

*Colloquium in ſchola.*

GEORGIVS, THOMAS.



GEORGIVS. Oho Thoma, iã vlciscar me. Frequenter abs te accusatus, paria reponã. T. Aliquoties accusaui te, non eo inficias: sapius, nego. G. Quare autem vel aliquoties? T. Quod commueras, & mihi quoque non plus parsum est ab aliis. G. Nunquam te læsi. T. Imò reum me fecisti. G. Nunquam. T. Quid est porrò quod me cogitas accusare? quid culpæ contraxi? G. Scamnum cultello scriptorio conscindis, quod prohibuit Præceptor: & tuum nomen incidis, quod grauius prohibuit, eaque de re flagris alios accepit. T. Oro te, tace, cera complebo sulcos illos, aut radam lignum, ne appareant literæ. G. Vah consilium callidum. Quid dabis in loco mercedis? T. Summisse, ne

audiat Magister. Pulcherrimum de globulis meis. G. An tulisti tecum? T. Non omnes. G. Quot habes? T. Septem. G. Monstra, si placet. T. En. G. Sunt elegantes. Facisne mihi copiam eligendi quem præcipue probauero? T. Facio. G. Hunc eligo. T. Istum eligeres; meo enim iudicio relinquit alterum præstantia. G. Non tam aptus est ad manum meam propter magnitudinem. T. Ergo istum, paulò minorem. G. Sine tentem. Nimum parvus est. T. Retinebis igitur, quem primum omnium sumpseras. G. Ita faciam. Quàm venuste nigro alboque distinctus, venulas quasdam ostentat: Emisitne, an lucro acquisisti? T. Lucro. G. A quo? T. A Leonardo nostri vicini filio, qui cū persepe ludò. G. Si tam scitè factis abundat globulis, prouocabo illum ego similiter ad certamen. T. Vix aliquando vincitur: peritissimus enim huius scientiæ puer est. G. Et me lusorum non vltimum esse cognoscet. At, at, comprimamus orationem: Præceptor de cathedra descendit, ne confabulantes inueniat, & ad pœnam vocet. Profectò haud multum abest à nobis infortunium.

---

NOTÆ.

**P**AR REPONAM) Je rendray la pareille. **NON**  
**PEO INFICIAS)** Je le confesse, ie ne le veux  
nier. **NON PLUS EST PARVUM)** l'on ne  
m'a pas aussi pardonné. **REVM ME FECISTI)**  
*me accusasti.* **QVID CULPÆ CONTRAXI?**  
qu'est-ce que j'ay doncques fait. *Hæc uem omnia*  
*Latine & ornate dicimus. Culpam committeri, committ-*  
*tere, culpa se contaminare, culpam esse in aliquo, esse in*  
*culpa, culpa reum, vel affinem esse, culpam suscipere,*  
*culpam*

culpam residere, habere, consistere in aliquo, culpam sustinere, culpa teneri. Contraria sunt abesse à culpa, vacare, carere culpa, culpam abesse ab aliquo, extra culpam esse. FLAGRIS ALIOS ACCEPIT) Varios loquendi modos ab hoc verbo, accipio, profectos enumerat Cardinalis. Bene, malè aliquem accipere, vulnus, plagam, cladem, dolorem, conditionem, &c. ORO TE) Orare antiqui usurparunt pro, agere. Ennius. Face verò, quod tecum precibus pater orat. Cic. 3. Off. ut veram amici causam esse malit, ut orande liuis tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Hinc & ij, qui Reipub. mandatas partes agebant, oratores dicti. Virgil. lib. 11. Aeneid. Centum oratores prima de gente Latina: Ire placet. Festus, Nonius. VAH CONSILIVM CALIDVM) Conseil d'un fin, accort & cault garçon. VENVLAS QVASDAM) Vena dicta, eò quòd vie sint natantis sanguinis, atque riuus per omne corpus diuisi: quibus vniuersa membra irrigantur. Isid. lib. 11. c. 1. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, sicut spiritus per arterias. Cicer. 2. de Nat. Deor. Per metaph. origines metallorum. Inde vene auri, argenti, eris. Item sibra in herbis & lapidibus: des traicts ou filets, des veines. Folia Plantaginis sunt venosa. Les fueilles de Cicoree sauuage, ou Plantin, ont plusieurs filets, ou, elles sont veineuses. Præterea pars intima, & ratio rei Cic. 1. Catil. Periculum autem residebit, & erit inclusum in venis, atque in visceribus Reipub. 1. de Orat. Teneat, oportet venas cuiuscunque generis, atatis, ordinis. HAUD MVLTVM ABEST, &c. à grand peine eschapperons nous le fouëtter, le mal-heur nous est sur le dos,

PROGYMNASMA  
SEPTIMUM.

*Mutnatio calami.*

CONRADINVS, PIGMENIVS.



CONRADINVS. Da mihi, oro, vtē-  
dum calamum. P. Nullos habeo cala-  
mos hodie, quos tibi dem mutuos. C.  
Thecam plenam apud te vidi. P. Per  
somnia fortassis. Sed dicā vno ver-  
bo rem totam : nullos habeo, quos tu comoda-  
tos retineas. C. Quæ tam mala mens in hanc te su-  
spicionem impellit? tam peruersè de me existimas?  
cho, nōdum nōsti mores meos? verūm, ne sis in mo-  
ra, da mutuum calamum. P. Vbi tui? C. Meliusculos  
reliqui domi, detiores portavi mecum per impru-  
dentiam. P. At tu meum quoque disperdes, aut ni-  
mium premendo; aut in ipso intinctu, ad fundum a-  
tramentarij allidendo videlicet. C. Leuiter ducam  
per chartam, sensim intingam, salua cuspide. P.  
Multane descripturus? C. Tantummodo versus ali-  
quot à præceptore post horam explanandos : vt ni-  
mirum glossulas interserere queā, nam retinere eas  
non possum ob tenuitatem memoria. Si quid mu-  
tuaberis à me, seu calamos, seu papyrum, seu librū,  
seu quid aliud, dabitur mutuum, haud grauatè. P.  
Ecce tibi probatum calamum quem dono, tuus es-  
to. C. Multum te, mi Pigmeni, de istac liberalitate  
amo. Experiar. Profecto idoneus est, si quis alius, ad  
decorè formandas literas.

## NOTÆ.

**C**ALAMVM) (*calamus propriè gracilis arundo,*  
vne canne, ou vn roseau. *Apud Virgil. in Bu-*  
*col. pro fistula μετρωμικῶς,* vne fleutte de canne: *Di-*  
*citur & calamus virga visco illita,* ad aues capien-  
das, vne canne, ou vne baguette engluée. *Adhibe-*  
*tur etiã pro eo quod dicimus,* vne plume pour escrire.  
PER SOMNIVM) tu l'as songé: TAM MALA MENS)  
de hoc annot. 1. *Volum.* NONDVM NOSTI MORES  
MEOS: tu ne me cognois encores. GLOSSVLAS)  
*Glossa Aristoteli in poetica sunt minus usitata,* & ob-  
scure voces, quæ glossematæ Fabio lib. 1. c. 8. *Idem Fabius*  
*lib. 1. c. 1. glossas vocat interpretationem lingue secretio-*  
*ris. Id est, expositionem verborum obscuriorum. Inde*  
*glossographi, qui à Latinis glossularij, & glossematarij,*  
*&c.* RETINERE EAS NON POSSVM OB) le les  
oublie incōtinēt, si courte memoire i'ay; DE ISTA  
LIBERALITATE. AMO) Je te remercie mille fois  
Pigmeni. *Id est, ob hanc liberalitatem. Cic. ad Att. lib.*  
*7. de Raudusculo Numeriano multum te amo. Ad Q.*  
*F. De mancipiis, quod mihi polliceris, valde te amo. Te-*  
*rent. Eunuchus. Ecquid nos amas de fidicina istaci*

## PROGYMNASMA

36

## OCTAVVM.

Frustratio petiti atramenti.

SIMPLICIVS, ZEPHERINVS.



**S**IMPLICIVS. Magnum apud me be-  
neficium poneret, qui paucillum atra-  
menti in vasculum hoc meum, cuius lin-  
teolum penè exaruit, infundere de sup

dignaretur. Si gossypium, aut tomentum imposuissem, & calamos intingendo corrupissem, & iam pridem atramento caruissem. Tu Zepherine, quoniam circumfers atramentarium instar lampadis, aut mortarij vastum & amplum, ne deneges mihi ad incitas redacto, quam summis peto stipem, seu eleemosynam. Z. Vix quarta pars horæ præterit, cum alius idem quoque me poposcit: & dedi. Nunc si tibi similiter dederò, veniet tertius, deinde quartus, deinde quintus, & ita me exarmabitis omnino, & mendicitatem mihi afferetis. S. Non venient, interpono fidem meam. Z. Qui scis? S. Vidi cum intingerent calamos, referre eos ex atramentariolis mandidissimos. Z. Quin aquam infundis? S. Exeundum esset è schola, currendumque ad fontem in forum propter sex aut septem aquæ guttulas. Z. Inspue. S. Linguam nimis siccam gero. Da si quid das, & si vis dare bis, da citò semel. Z. I. Aliam quercum excute, aliunde exora quo indiges: atramentum hoc mihi coxi, non tibi. S. Saltem da mutuum, si non vis gratuitò, rem tantillam. Z. Pergin' aures tundere? abi hinc. S. Aliquando tu etiam egebis aliquo, tum accedito ad Simplicium, par pari referet. Spectate huius Zepherini inhumanitatem & avaritiam. Ego te pro istis factis maclabo infortunio.

---

NOTÆ.

**S**I GOSSYPIVM AVT TOMENTVM)  
 Si l'euille mis dedans du lin, du cotton, ou de la bourre. **AD INCITAS REDACTO**) *Reducti ad incitas dicuntur, quibus ad manicam res rediit, quibus nihil est reliqui. Il est reduit à la gibbesiere, ou baston de*

de pauvreté, il n'a pas du pain à manger: STIPEM) *Stips est pecunia, qua in mendicos cōfertur. Stipē cogere, colligere.* Demander l'aumofne: EXARMABITIS ME) *exarmare, Desarmer. Legitur etiam exarmare nauem. Sūt & scholasticorum quadam arma, de quibus actum dialogo 23. volum. 1. Exarmantur fera, cum ipsis dentes excutuntur, ungues amputantur, atque ita demum perdomantur, & mansuifcere coguntur.* MENDICITATEM MIHI OFFERETIS) vous me reduirez au baston blanc, vous me mettrez du tout à bas. ALIAM QVERCVM EXCVTE) Heurte à vne autre porte: ou touche vne autre corde. *Sic importunè, aut sepius mutuum petentes repellemus, atque ad alios sollicitandos precibus mittimus.* MACTABO TE INFORTVNIQ) *Ie te matteray, ie te rendray la pareille, j'en auray mon reuanche. Mactus exponit Festus, magis auctus. Tractum a sacris, inquit Isid. lib. 10. quoties enim ihus aut vinum super victimam fundebatur, dicebant: mactus est taurus, hoc est, cumulata est hostia, & magis aucta. Mactare ergo quempiam damno, laudibus, &c. est illum his rebus augere.* Plaut. Curcul.

Non adepol nunc ego te mediocri mactio infortunio.

Et Trinum.

Ego ob hanc operam argentum accepi, te mactio infortunio.

## PROGYMNASMA NONVM.

38

*Comparatio nominum verborumque coniugatio.*

ELIAS, ARNOLDVS.



L I A S. Demus finem huic colloctioni temporius, extemplò coram aderit Praceptor, exacturus quæ heri reddenda imposuit.



posuit. A. Quid ergo factu opus est? E. Meditemur adiectiuum per accidentia, perque tres gradus & tria genera. A. Hoc agamus. Quod erat illud? E. Benignus. A. Declinemus in casus. E. Quoti ordinis? A. Virile & neutrum sunt secundi, muliebre est primi. E. Cuius speciei? A. Primitiue. E. Figure? A. Simplicis. E. Quotuplex est figura? A. Triplex: simplex, composita, decomposita. E. Dic nominandi casum. A. Benignus, benigna, benignum. E. Comparatiuum. A. Benignior, benignius. E. Cur non sunt hic tres voces ut in positiuo? A. Benignior est generis communis. E. Da superlatiuum. A. Benignissimus, benignissima, benignissimum. E. Ut habet in genitiuo? A. Benigni, benigna, benigni, benignioris, benignissimi, benignissima, benignissimi. E. Cur est vnica vox in comparatiuo? A. Quia neutra in vs habet oris. Datiuo, benigno, benigna, &c. E. Iam tu interroga me de verbo quod coniugandum erat. A. Commendo erat, E. Istuc ipsum. A. Si quis didicit Amo, non poterit errare in Commendo. E. Nihilominus interroga. A. Indicatiuo presentis? E. Commendo, commendas, commendat. Plurali numero, commendamus, commendatis, commendant. A. Pro certo credo te nunquam lapsurum. Verum haec facilia sunt: si anomala inflectere & coniugare iusserit, tum sudabimus. E. Id forsitan hodie futurum est. Profecto cum coniugarem nudius tertius Odi, multum id verbi oderam; quia cum sit defectiuum, faciebat ut deficerem. A. Recordaris, opinor, quemadmodum me vexabant infelicia heterocelita, & comparationes anomala. E. St, auditur horologium: tussit, sreat ante ianuam Praeceptor, parcamus voci.

## NOTÆ.

**V**ERBORVM CONIVGATIO) Varro & Fabius, etiam cum de verbis est sermo, tum declinationis nomine, tum declinandi verbo uti solent, ut sint item verborum declinationes, & rectè proinde dicantur declinare verba. Notatum ab Emanuele Aluaro, exquisitè ac rare diligentia Grammatico. EXTEMPLO) sine mora, statim, repente, è vestigio, continuo, ex tempore, mox, pröptement, hastiuement, sans delay. CORAM ADERIT) Adesse, cum aliud nihil sit, quàm presentem esse, tamen principes Latinitatis quandoque coram, vel presentem, quandoque utrumque ei verbo addebant. Plaut. Mostell. Adsum presens presenti tibi. Cic. pro domo sua. Adest presens vir singulari virtute. Virgil. 1. Ænei. coram quem queritis adsum. Cicer. in Ant. Coram aderit presens tibi ipse. MEDITEMVR ADIECTIVVM) de verbo meditor scripsi quedam annotat. volumi. primi. NOMINANDI CASVM) Casus à vetustioribus Grammaticis etiam sic vocari solent. Nominandi, siue rectus (que etiam positio nominis dicitur) gignendi, seu generandi seu patrius dandi, accusandi, vocandi, auferendi. Item quartus, quintus, sextus.

## PROGYMNASMA

## DECIMVM.

## Nomenclatura.

MAGISTER, CLEMENS, LIBERIVS,  
DONATIVS pueruli.



MAGISTER. Vix dum exactis fideribus dies se mundo reddidit, cum vos puero-  
rum flosculi ante alios omnes huc intro  
pedem

pedem infertis. Quinam cum prima luce potuistis  
 expergisci? C. Mandato matris famula nostra in dies  
 me expergefacit, quanquam hodie maturius præter  
 mortem. L. Ast ego nunquam non sponte mea, &  
 inuocatus, ac ferè semper bene mane consuevi sur-  
 gere. D. Ego etiam, Præceptor. M. Res difficilis ad  
 credendum: pueri quippe, quibus sopore nihil est  
 amicus, nihil dulcius, pro more non habent vltro  
 ac per se de strato surgere. D. Certè surgo, experge-  
 factus à nemine. M. Ecquid ientastis? C. Ita. L. Dum  
 ossa coquitur, visum est nimis longum: quapropter  
 relicto ientaculo huc approperavi quàm maturri-  
 mè. M. Pulchrum in hac atatula facinus. Quid si e-  
 go darem nunc tibi ientaculum? L. Cum nihil sit ti-  
 bi, quid dares? M. Quo nihil edis libentius. M. Mihi  
 etiam, Præceptor. C. Et mihi, obsecro. M. Nimium  
 satur fieres altero ientaculo. C. Eia, quæso. M. Libe-  
 ri, si promptè & nunquam inter sistendo recita-  
 ueris, quæ heri nomina tibi ediscenda præscripse-  
 ram, ecce, istas septem ficus, cum hisce amygdalis  
 præmium tolles. D. Ego quidem nomina mea te-  
 neo, vt qui perfectissimè. C. Ego, ego mea referam  
 memoriter. M. Liberius esto primus: eum si memo-  
 ria fefellerit, tum vos duo de istoc honorario in cer-  
 tamen venietis. Sed cuius ordinis sunt tuæ voces?  
 L. Rerum Cœlestium. M. Tuæ Clemens? C. Digni-  
 tatum & munerum Ecclesiasticorum. M. Tuæ au-  
 tem Donate? D. Dignitatum functionumque ci-  
 uilium. M. Incipe. L. Deus Pater, Deus Filius, Deus  
 Spiritus sanctus, Sacrosancta Trinitas, siue Trias,  
 Numen, Diuinitas, Creator, Saluator, Seruator, Dei  
 Mater, Deipara virgo, Dei genitrix, Cælites, Cæli-  
 cola, Diui, Sancti, Beati, Angeli, Archangeli, Pa-  
 triarchæ,

triarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confesso-  
 res, Virgines, Viduæ, Innocentes, Cælum, Sol, Lu-  
 na, Stella, Astrum. M. Num intelligis quæ singulis  
 subiecta sit notio? L. Optimè, imò. M. Qui sunt  
 Cælites? L. *Les bons Anges.* M. Archangeli, *Les Ar-  
 changes.* M. Dei Mater? L. *La mere de Dieu.* M. En ac-  
 cipe munusculum, & comede. Tu Clemens, edic  
 tua. C. Quid erit præmij? M. Si omnia, & ea serie  
 qua se consequuntur reddas, erit quod dem tibi: non  
 omnes ficus absumet Liberius. Si perperam, neque  
 tunc idonatus abibis. C. Pontifex Maximus, Pa-  
 triarcha, Cardinalis, Archiepiscopus, Episcopus,  
 Præsul. M. Quid? hæres? Antistes, Abbas. C. Antistes,  
 Abbas, Cœnobiarcha, Monachus, Concionator,  
 Ecclesiastes. M. Quæ est vis Ecclesiastæ? C. Eadem  
 quæ Concionatoris. M. Quid ergo est Concionator?  
 C. *Un præicateur.* M. Perge. C. Parochus: parochus.  
 M. Parochus, parochus: tene bis labi? Sacerdos. C.  
 Sacerdos, Diaconus, Ædituus, sacra virgo. M. Cæte-  
 ra ubi sunt? C. Non iussisti plura. M. Haud recitasti  
 vt cupiebam. Tu melius Donate. D. Imperator, Im-  
 peratrix, Rex, Regina, Monarcha, Princeps, Dux  
 Comes, Baro, Dynasta, Heros, Heroïna, siue Herois,  
 Præfectus, à cubiculis, à pedibus, à poculis, appari-  
 tor. M. Qui sunt isti? D. *Les Valets de chambre, les lac-  
 quans, les sommeilliers, les Huysfiers.* M. Cape has qua-  
 tuor ficus, & confestim in ventrem absconde. D.  
 Vt præcipis. M. Sedete suo quisque loco, & quæ  
 adhuc præscripsero, celeriter ac nauiter nomina  
 escite. L. Etiam. Vt sapuerunt tibi ficus Clemens?  
 C. Præceptor, Liberius næ irridet. L. Commoui, C.  
 Non impunè feres.

## NOTÆ.

**SIDERIBVS**) Stella est qualibet singularis, vne Sestoille. Stellula, vne petite estoille. Sidus ex stellis pluribus simul cōstat, Grace ἀστρον vn Astre, vt Pleiades, Hyades, Orion, &c. Verùm hæc tria, sidus, Astrum, Stella, auctores, & præsertim poëta confundūt. Sidera dicuntur etiã signa, quòd aliquid significant, vt libra equinoctiũ. Varro lib. 6. Sic aries, taurus, cancer, &c. **MUNDUS**) Mundus appellatur Cælũ, Terra, Mare & aer, & desinitur à Tullio 2. de Nat. Deor. quasi cōmunis deorum atque hominũ domus, aut vrbs vtrorumque. Dicitur est à perfectã absolutãq; elegãtia, vt à Gracis ornamenti nomine κόσμος. Pli. lib. 2. c. 4. Mundus muliebris, cultus & ornatus mulierũ. Vn ornemēt de femme. **PERORVM FLOSCVLI**) Vide annotat. vokim. prim. **CVM PRIMA LVCE**) L'aube du iour, de bon matin. **ME EXPERGEFACIT**) Expergefacio, le reueille quelqu'vn. Expergiscor, expergesio, le me reueille. Cic. ego somno solutus sum. Experrectus. expergesfactus, qu' est esueille. **INVOCATVS**) id est, non vocatus. Sic Plautinus parasitus in Capt. ait se solexi inuocatum esse in conuiuio. **MANE**) Bene mane, bene multi. Cardin. IENTASTIS?) Ientaculum quod ante prandium capitur, le desiuuēt. **CÆLVUM**) Qui à Græco κοῖλον concauum deducunt hoc nomen per æ diphthongum rectè scribunt. Sed verior est Plinij sententia lib. 2. c. 4. Cælum quidem haud dubie, inquit, cœlati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro. Isidorus lib. 23. c. 4. Cælum vocatum est. eo quod tanquã celatum vas impressa lumina habeat, stellarum veluti signa. Nam celatũ dicitur vas, quod signis eminentioribus resulget. A calado igitur cū sit, prima diphthongo scribemus. Intelligitur hoc nomine aer quoq;. (i. 2. de Nat.

*Nat. Deor. Qui terras incolunt eas, in quibus aër sit rarus ac tenuis, quam illorum qui utuntur Cælo crasso atque concreto. SACRA VIRGO) Inepti sunt, qui Deo dicatas virgines appellant Vestales. COMMOMVI) Je l'ay tiré hors le berceau. NON IMPVNE FERES) Tu le payeras, ou ie te trouueray bien.*

## PROGYMNASMA

46

## VNDECIMVM.

*Iterum nomenclatura,*

*AD ALBERTVS, IODOCVS.*



DALBERTVS. Visne Iodoce, quem admodum tu me consuesti alicuius rerum generis interrogare nomina, sic ego vicissim aliquando te interrogem? I. Volo. A. Quænam ergo re-  
 etissimè complexus es animo? I. Musica. A. Recense primo loco instrumentorum musicorum appellationes. Sed maius industriæ tuæ documētum dabis, si ego Gallicè & permixtè ea nominauero, tu inde Latinè nomines. I. Vtroque versum haud imparatum offendes. A. *Vn tabourin ou bedon.* I. Tympanum. A. *Vne harpe.* I. Cithara. A. *Vn violon.* I. Chelys. A. *Une sorte d'instrument musical que l'Alleman appelle Hachkbret.* I. Sambuca. A. Imò sambuca, si ritè audita recorder, significat, *de Sehu.* I. Nequaquam: sambuci est illa notio, non sambucæ. A. *L'archet du violon.* I. Plectrum. A. *Vn cornet à boucquin,* des Orgues, *vn Luth.* I. Cornu, organa, testudo. A. *La Lyre.* I. Lyra. A. *Vne fleutte.* I. Fistula. A. *Sacque boutie, fleutte, trompette.* I. Buccina, tibia, tuba. A. Enumera

nunc seruato quem ego secutus sum ordine, artificum seu musicorum nomina. I. Faciam in quibus potero, quorum meminero. A. Quod dederis, eo contentus ero. I. Tympanista, citharædus, chelyus, seu *γελιωδὸς*: dixi enim Magister, subiicienda Græca, cum Latina desunt, quando innumera sint Græca, quæ Latina iam, velut vsucapione putentur. A. Verum prædicas. I. Cornicen, organista vulgò, Latiniùs, qui organis canit; sicut dicimus aliquem canere fidibus. Lyricen, fistulator, buccinator, aulædus, seu tibicen. A. Restántne alia quædam vocabula ad musicen spectantia, nec ita abstrusa, vt diapente, & huic similia? I. Restant. A. Dic. I. Ligula tibiæ, *L'attache à la fleutte*. Fides, vnde fidicé. *Vn iouëur des instruments à cordes*. Verticuli, *Les clauettes par lesquelles on bande & desbande les cordes*. Cantor. *Vn chanteur*. Pfalteria, *une chanteresse*. Choraules, *Celuy qui fait danser, propriè, avec la fleutte*. Harmonia. *Harmonie, ou consonance du chant*. Pausa, *une pause*. Cetera tute, si voces, à magistris disciplinæ huius petas. A. Polles memoria Iodoce. Obsonemus famē parum inambulando, & de rebus ludicris sermones cædamus vsque ad cœnam; tantum quippe spatij cœsationis Magister indulcit.

---

NOTÆ.

**V**OLO) Obseruare studebunt pæri, quemadmodum nitidè ac Romanè respondeant, cum interrogantur, vtum quippiam velint, an nolint: nec semper his duabus vocibus, ita, non, suã egestatē prodent: Ergo si volent, hasce particulas adhibebunt. Etiam, maxime, immò, libenter, sanè, placet, sanè, si placet, quidni & omnino, planè, prorsus.

*sus, & c. Si nolent, hæc, Nequaquam, neutiquam, nolo profecto, minimè omnium, minimè gentium, nullo modo, minimè verò, non placet, & c. Vis mihi colludere Antoni? etiam. Placène considerare? placet, immo. Tuane ope implorantem me dignabere? maximè verò. An in Preceptorem dissolutum optas? minimè gentium. Vellène hereticorum lectitare libros si potestas fieret? nollem profecto. SVBIIICIENDA GRÆCA) Quintil. libr. 1. capit. 5. cum verba peregrina ex omnibus prope gentibus in linguam Romanam immigrasse docuisset, addit: Sed hæc diuisio mea ad Græcum sermonem præcipuè pertinet: nam & maxima ex parte Romanus inde conuersus est, & confessis quoque Græcis utimur verbis, ubi nostra desunt, sicut illi à nobis nonnunquam mutuuntur. V SVCAPIONE) Usucapionem Iureconsulti definiunt, acquisitionem rei per usum legitimi temporis Iure civili institutam. De hoc vocabulo disputat Gell. libr. 7. cap. 10. postulâtque usucapio dici, in quo à nonnullis reprehensum inuenio: non enim usus capitur, sed res per usum: hoc est, per longam & continuatam possessionem. Usucapio igitur vne chose acquise par longue possession, Hinc usucapere, & capere usu. FIDIBVS CANERE) Sic dicimus aliquem docere fidibus, subaudientes, ludere, seu canere. Enseigner quelqu'un à iouer du Luth, ou de la harpe. Et doctus fidibus, cuius loco ineptè Latini: ipse est egregius Lautinista. Ipse scit bene pulsare testudinem. Non tamen male, pulsare testudinem, cietharam, fides, chordas, neruos. Virgil. 6. Æneid. de Orpheo.*

Nec non Threicius longa cum veste sacerdos  
 Obloquitur numeris septem discrimina vocum.  
 Iamque eadem digitis, tam pectine pulsat eburno.



PROGYMNASMA  
DVODECIMVM.

*Temeraria suspicio.*

*BVRKARDVS, SLIPIVS.*

**B**VRKARDVS. Me infortunatissimum. Nullus dies abit, quin amittam aliquid nunc atramentariolum, nunc papyrus; nunc libellum aliquem, nunc calamum, ut in praesens, Schola ista est plena furum, nec poenarum ullus iam hic est metus. A. Ne tu nos tam incōsultò in crimē vocaueris. B. Aliquē vestrum mihi surripuisse calamum oportet. A. Qui scis te attulisse? B. Qui sciam? nonne hoc literarum paulò ante exaravi? A. Vtere alio interim, dum priorem recuperes. B. Nec vnum praeterea mecum attuli. A. Suadeo ut in posterum feras semper tres, aut quatuor. B. Scilicet ut sit, quod tu semper possis auertere. A. Libentius ne tu cum malo quiescis, an sine malo, si copia est? B. Quis potuit clepsisse, nisi qui mihi sedet proximus? A. Quid ergo? Ioannes tibi à dextris non assidet, sicuti ego à sinistris? cur non potius illum quam me arcessis furti huius? B. Ioannem noui, mallet spoliari suis, quam minimū quippiam sublegere de meis: dissimilis tui est. A. Certè dignus es virgis. B. Tace de virgis: quare me his dignum deputas? A. Quia de me falsum per impudentem audaciam, sine teste, sine argumento, pronuncias. B. Hei, utinam haberem calamum meum: quem eo molestius amitto, quòd tertium iam mensē vsus sum; adeò bonus & firmus est. A. Quid si reddidero tibi calamum

calamum tuum? B. Qui reddit, abstulit: atque hoc est, quod mihi dudum videbatur. A. Non est hoc semper consequens, inepte. Tu tibi abstulisti. B. Quo modo? quis post hominum genus natum sibi quidquam abstulit? A. Quia super auricula, ut mos obtinet, reposuisti, postea es oblitus; quodque non amiferas, quæsiuisti, & alios furatos putauisti. En tibi tuum optatissimum calamum: deinceps quoties amiferis, auriculam dexteram interroga prius, an viderit calamum, quam de innocentibus mentiare. B. Mi Alipi, mi Alipi. Gratias ago tibi: ignosce, obsecro, quod tecum egi suspiciosius, atque immodestius.

## N O T A E.

**A**VERTERE) Res dicuntur auerti, quæ ab iis quorum propria sunt ad alienos transferuntur, aut ab aliis in alienos usus conuertuntur; Cic. in epist. Ne patiari Erotem hereditatem Turianam auertere. Idem in Verrem, Is auersa pecunia aufugit. Destourner, desrober, emporter quelque chose. Auertere pecuniam publicam. Desrober de la bourse commune. Latini præterea auersantes, & deprecantes aduersum & malum quippiam sic loquebantur: alij omne auertans. Dieu nous en gard, que Dieu ne vueille. Cic. i. Philip. O dij immortales, auertite, quæso, & detestamini hoc omen à Re-pub. O Dieu destournez tel mal-heur de la République. ARCESSIS FVRTI HVIVS?) Arcessere est aduocare, & accersere. Cicer. pro Ros. Amer. Tunc ab aratro arcessabantur, qui consules fierent. Pro domo sua: Cum P. Lenulus, & Q. Metellus tunc arcesserent in senatum, non venirem? Arcessere argumentum à capite, est ab origine & principio rei argumentum eruere. Reris à capite arcessere quod barbari, ab ultimo, à longè, sicut

*nimis altè incipere. Aliquando valet accusare, aut in iudicium vocare. Arcessere quempiam capitis, in summum periculum capitis, aliquo crimine quempiam arcessere, iudicio arcessere. SVBLEGERE) Amasser en cachette comme vn Regnard. QVI REDDIT, ABSTVLIT) Aufert qui dedit: Adimit coactus imperio: Enpi qui plus valet. Itaque auferre possumus, adimere iubemur, oripere valemus. Cor. Fonto. POST HOMINVM GENVS NATVM) Depuis le commencement du monde. Illud, ab inuiso mundi, sacris scripturis relinquamus, à quibus sanète viuendi disciplina, non autem purè & ornatè loquendi norma petenda est.*

50

PROGYMNASMA  
DECIMVM TERTIVM.

*Somnus gymnasio.*

*FABIOLVS, ERASTVS.*



**F**ABIOLVS. Rabiofulum te autumo. E. Quam ob causam? F. Quòd me modò vellicas, modò pugnum in latus meum incutis. E. In lancèu latufculù tuum. Cur dormitas? non decet hoc in schola. F. Mihi sic vsus est: tu vt tibi opus est facto, ita facito. Tua quid refert. E. Mea quidè aliquantulum, tua verò permultum. Nam si te dormire siuero, doctòr me quoque vt infidelem custodem supplicio profecuturus est. Itàne est? E. Itàne est? Etiam, dormitator, ita est. F. Permite vt dormiam. Quomodo nunc est, aliter fieri non potest. E. Istam à Magistro veniam

niãam pete. F. Irrides? quasi tu dicas; pete ab atroci  
 cane vt te mordeat: sua sponte mordebit. E. Ego  
 profectò non feram, non patiar, non sinam vt dor-  
 mias: vsque & vsque molestus ero, etiã acicula, en,  
 te compungam, vt clames, teq; ipsum vt forex tuo  
 indicio prodas. F. Heu mitte me: vicissim indulgẽ-  
 bo, si te somniculus corripuerit. E. Hanc abs te gra-  
 tiam nolo. F. Tamen. E. Iam reddenda erit è memo-  
 ria hesterna prælectio: excute somnum, frica pau-  
 lum oculos, & relege quæ edidicisti. Nisi faxis; à  
 tergo, supra caput, ante oculos vindicta est. F. Quid  
 relege? nihil edidici. E. Tum tu ipsa es miseria. F.  
 Non exiget à me quidquam hac luce: non enim om-  
 nes, id quod scis, quotidie recitare possumus, præ  
 multitudine. E. Ponamus exigere: quid dices? F.  
 Doce tu me quid dicendum. E. Pulchrè dictum.  
 Egone doceam te mendacem fieri? nihil attraxit  
 funis tuus. F. Actum est, verberabor, recitare non  
 potero. Quid ergo proderit mihi si vigilem? vno do-  
 lore duo peccata expiabo: dormiam rursus. E. Dor-  
 mi, dormi, nihil moror. Si Magister me obiurgaue-  
 rit, narrabo quid fecerim, quid dixerim tibi, quid tu  
 contra responderis. F. Tantum ne me expergefacias.  
 Si etiam hodie vapulauero, non moriar. E. Quæ  
 tibi verberatio fauste, ac feliciter eueniat, mi Fa-  
 biole.

---

 N O T A.

**R**ABIOSVLVM TE AVTVMO ) Rabies, Rage,  
 fureur. *Improba ventri rabies, Virgil. 2. Æn. de*  
*lupis esurientibus, De la faim qu'engendte rage. Ad*  
*homines si transferas, Vne terrible & vraye faim de*

Loup. *Rabiosus plus est, quam iratus. Rabiosulus.* Vñ petit tyran, ou cruel. Je pense que tu sois vn peu enragé. *QVOD ME MODÒ VELLICAS, &c.*) Pource que maintenant tu me pinces, maintenant tu frappes à coup de poing aux costez. *IN LANEVM LATVS CVLVM*) *Lana quid mollius? unde metaphora, laneum; pro valde molli. Lana facta, laine filée, infecta contrarium. Rudis lana, Laine crue, comme elle vient de la brebis. Lanificium, filet de laine. Laneum latusculum.* Vne corde molle & pressée. *MIHI SIC VSVS EST*) Je l'ay ainsi accoustumée. *SVPPLICIO PROSECVTVRVS*) Il me fera punir. *DORMITATOR*) ô dormard. *QVOMODO NVNC EST.* Côme il est maintenant. *IRRIDES*) Je croy que tu te moques de moy. *Ridere & irridere in eam significatiõne a veteribus capiebantur, in quam adulari, & irrisores ac derisores in quam adultores, palpones. Patet ex Terentio & Plautio. Nannius; Miscell. lib. i. Animaduersione dignissimum est illud Diogenis. Cui cum diceretur plures te irridet, at ego, respondit, non irrideor. Id est, irrisoribus istis nihil moueor, non me conturbant, negligo eas penitus. Sinamus igitur irridere, quibus id libet, nos ne irideamur, & de animi constantia ne discedamus. Idem dicenti, multi te laudant: quid, inquit, mali feci? Multitudo verũ iudicium non habet. QVASI TV DICAS*) Il est ainsi côme tu le disois. *VT SOREX TVO INDICIO*) *Terent. Ennucho. Egomet meo iudicio miser, quasi sorex hodie perij. Soricum (vne fouris) proprium est stridere clarius quam mures, vel magis strepere in radendo. Quem sonum secuti, quamuis in tenebris eos interimimus. SI TE SOMNICVLVS CORRIPVERIT*) Si vn petit sommeil te surprent. *NIHIL ATTRAXIT FVNIS*) *Operam frustra positam, non euenisse*

éuenisse quod cupiebatur hoc adagium significat. *Apiscanis* qui saepe hamum inanem retrahunt. Il n'y a rien de fait, il ne vouloit point mordre. ACTVM EST) Tout est perdu. C'est en vain. QVÆ TIBI VERBERATIO FAVSTE, &c.) *Fabiole*. Dieu t'en doit iouyr mon amy.

## PROGYMNASMA

56

## DECIMVMQVARTVM.

*Virtus in teneris.*

PARENS, LVDIMAGISTER.

**P**ARENS. Operæpretium facturum me credidi, si aliquando interrogarem te, uti se darent initia, quantumque proficeret meus Laurientiulus. L. Est cur Deo gratias agas: mirar. dum in modum procedit in literis. P. Iam huc accessum, & hoc abs te auditum gaudeo, tibi que secundum Deum ago gratias singulares propter tuam diligentiam. L. Similes illius utinam essent omnes. Verum alios plerisque minis & ictibus agrè promoueo ad discendum quomodocunque: ille tantum laudibus alitur, nihilque peius timet quam dedecus. Quod si quando in cōcertationibus frangitur (quod perquam raro contingit) plorat tanquam si parentem amisisset. Excellēti imprimis est memoria: nam cum facillè percipit quæ audit & legit, tum fideliter cōtinet. Quid multis? ducit classem suam, & cum tempus aderit ad scholam superiorem ascendendi, aut primus, aut à primo proximus est ascensurus. P. De moribus quid

sperem? L. Non minora. Pius omnino puerulus est; Catechismum memoria tenet ut nomen suum; Rosarium secum assidue, & in sinu semper libellum precationum gestat; cum in templum venimus, quietissimus est, Deumque precibus colit quam religiosissimè: quin & in ludo nemo ipso tranquillior, nemo ad parendum promptior. Aureum genuisti filium. Precare numen celeste, ut sospitem annos iuueniles conficere patiatur: magnam utique & claram Reipub. lampadem accenderis. P. Vix sum apud me præ gaudio. Insisto mihi puerulum erudire, sicut facit, & scito te ob hoc ut fratrem fore mihi in medullis. Malo enim prorsus carere liberis, quam eos non habere quam præstantissimos: quales tua fidei opera me visurum spero. L. Deus votis tuis optatisque quam cumulatissimè respondeat.

---

NOTÆ.

**O**PERÆPRETIUM) unum est vocabulū, à genitiuo opera, & pretiū conflatum. Quod non alienū, quod tanti est, fructuosum, utile, iucundum, gloriosum, magnificendū. Dicitur item per imesin pretium opera, ut simile veri. Ce qui est digne de soing, remarquable, hōnorable, estimable. Cic. in Verrē. Operæpretium est ipsam legem cognoscere. Lilius in præfat. Facturus ne operæpretium sim, &c. Idem alibi. Quales experiundo cognouerit, perinde eorum operæpretium faciat. Id est, tanti eorum operam atque industriam estimet. Idem, Tempus est opulenta vos ac diua stipendia facere, & magna operæpretia mereri. Id est, magna premia militia. Ennius in epitaphio P. Scipionis Africani.

Hic est ille situs, qui nemo cui neque hostis  
Quibit pro factis reddeat operæ pretium

Auquel

Auquel personne ne peut recompenser ses faicts  
 heroïques & honorables trauaux. VTI SEDAREN  
 TINI TIA) Comme les affaires passent.  
 PROCEdit IN LITERIS) *Procedere, pro  
 cessus efficere, & progressus facere in aliqua disciplina.*  
 Proffiter & auancer en quelque bonne science ou  
 discipline. *Progressus habere in Rhetoricis, in Diale  
 cticis, in virtutibus.* Estre bien versé, bien expert en  
 Rhetorique, Dialectique, &c. *Sunt etiam Ciceroni  
 nis, progressio dicendi, progressio ad virtutem.* AGO  
 GRATIAS) *Habere gratiam siue gratias ad ani  
 mum, agere ad verba, referre ad rem pertinet. Hæc tria  
 complexus est, Cicer. pro Cornel. Balbo. his verbis. Om  
 nibus amicis saluti mea, si minus ad referendam gratiam  
 satisfacere potui, ad predicandam certè & habendam  
 satis sum facturus. QUID MULTIS?) Idem sunt, quid  
 multa? quid plura? quid credis? ne pluribus agam, ne sim  
 longior. breuiter sic habe, conferam in pauca, tribus verbis  
 absoluam. AVREVM FILIVM) *Vi inter metalla excellit  
 aurum, ita quod in rebus prestat ceteris in eodem gene  
 re, aureum vocamus. Etas aurea, gens aurea, motes  
 auri, paruis aureus. Aureolus diminutum. Libellus au  
 reolus. Vn liure d'or, lequel est aussi excellent que  
 l'or. Aureola oratiuncula, Vne briefue Oraison doit  
 estre payee au poids d'or. Aureoli pedes. Les  
 pieds tendres, beaux & blancs comme  
 la neige. VIX SVM APVD ME)  
 Je ne sçay où ie suis de ioye  
 que i'ay, mon cœur  
 rit dans mon  
 corps.**





E X

## S E C V N D O

V O L V M I N E .



## P R O G Y M N A S M A

D E C I M V M Q V I N T V M .

*Cubitum discessuri.*

P A E D A G O G V S , L V C I O L V S , E T A M A N -  
D V S pueri, P A T E R , M A T E R .

**P**AEDAGOGVS. Heus pueri, iam satis superque lusum est à cœna, quantum videlicet nunquã antehac. Dormitum censeo aliquãdo discedamus, quando quidem istuc hora nos admonuit. L. Hora? numerastin', Amande, octauam? A. Ego verò numeravi, ac pridem. L. Cur tu reticebas? A. Quia iuuabat ludendo tempus extrahere, & alienas partes atque munus arrogare mihi nolebam. L. Astute. P. Amande, Amande, quid verbi ego ex te audio? A. Habes causas. P. Quæ isthac religio in te incessit? Tibi edico, in posterũ pace mea arroges licet, & simul octauam promeridianam audieris, mihi aurem vellas. A. Si ita vis. P. Nempe ita  
volò

volo. L. Necdum est cupidus somni: ne prohibe nos, amabo, adhuc aliquantisper hac tam bella & optata lusione contendere; paululo contenti erimus. P. Arcessit vos somnus, qui quàm mox cubilia vestra ascenderit, tam mox vtrumque complectetur: etenim puerorum est amantissimus. Estne aliter ac dixi? A. Haud aliter. P. Ite præ. L. Ecce imus. P. Ceterùm antequam in cubiculum nos abdamus, parentibus pro consuetudine dicenda est salus, porrigendaq; prius osculata manus dextera, poplitibus modice curuatis, id quod boni liberalesque pueruli factitare consueuerunt, & ego vos sic institui. A. Ad eam igitur ad eos festinatò. Pater mi charissime, & tu mater suauissima bene valete in hanc noctem; nos ad quietem capessendam proficiscimur. L. Saluus esto in crastinum pater, salua esto mater. P A T. Quid? sopor ocellos vestros obtegere properat? vtinam quiescatis ambo tranquillissimè vsque in lucem. Veruntamen non vsque adeò in multam lucem. Septem horæ vel pueris putantur sufficere. Nihilominus ego vobis octauam & aliquid etiam vltra indulserim. A. Istuc tibi est in manu, pater. M. Dominus I E S V S vigilantes vos iuxta atque somno consopitos ab omni malo periculoque semper custodiat, filioli mei. P. Spero equidem hanc noctem euenturam nobis ex sententia.

---

N O T E.

**D**ORMITVM DISCEDAMVS ) diuersas & optimorum scriptorum formulas complures ad hoc ipsum explicandum, aptissimas Præceptores de annotat. in Dial. 1. volum. 2. repetant. LVDDENDO TEMPVS EXTRAHERE ) Prolonger, & retarder le temps d'aller

d'aller dormir. *Extrahere rem per dies & annos*, De-  
 flayer de iour en iour, d'annee en annee. *Extrahere*  
*iudicium*, differer le iugement. ARROGARE M V-  
 N V S) *impudenter sumere*. Entreprendre temeraire-  
 ment, & sans honte sur la charge d'autrui. *Sibi ar-*  
*rogare aliquid*. Presumer de soy-mesme, s'attribuer  
 beaucoup. *Arrogat sibi Theologiam*. Il s'estime grand  
 Theologien. A S T V T E) O le fin regnard. Q V Æ  
 ISTHÆC RELIGIO IN TE INCESSIT?)  
 Quelle scrupulle si merueilleuse t'a faisie. P A C E  
 MEA) Par mô congé, avec mon consentement. MI-  
 HI A V R E M V E L L A S) *Vide annot. 2. vol. Aurium*  
*sensus est fastidiosissimus*. Le sentement des aureilles  
 est tresque facheux. *Dormire otiosè in utranis aurem*.  
 Dormir alleurement, sans aucun pêsement. *Durare*  
*aureibus*, parler pour passetemps. *In auris, ornamentum*  
*quod ab aure dependet*, vn pédant d'aureille. *Auricula*  
*infima*, le petit bout d'aureille, *Auriscalpium*, vne  
 cure-aureille. NEC DVM EST CVPIDO SOMNI)  
 Nous n'auons encores sommeil, nostre Maistre  
 laissez nous encores vn peu passer le temps. C V-  
 BILIA V E S T R A) *onbile*, le liêt, ou dortoir, *Inire*  
*alienum cubile*. Rompre le mariage. *Dicitur autem de*  
*ferarum latibulis*. Cauerne, taniere, clapier, les châps  
 où les bestes couchent. P V E R O R V M E S T A M A N-  
 TISSIMVS) *Pueri edaces sunt natura, & vaporum ac*  
*spirituum plenissimi, idcirco facile diuig, dormiunt*. P A-  
 T E R M I C H A R I S S I M E) &c. Mon trescher pere, &  
 ma bien aymé mere, Dieu vous doit vne nuit  
 prospere, nous nous allons reposer. V T I N A M  
 Q V I E S C A T I S) *Quiescere non solum est non se commo-*  
*uere, quietum esse, sed etiam in significatione somni fre-*  
*quenter ponitur, ut quies pro somno. Exempla qua-*  
ren

remibus se offeret. Vide quæ super hoc verbo disserat Gell. lib. 6. cap. 15. SEPTEM HORÆ VEL PVERIS) *Quintil. lib. 1. ISTVC TIBI EST IN MANV*) Cela gist en ta main. *Tui arbitrij, tuæ potestatis, in tua situm est potestate.* DOMINVS IESV, &c. Nostre Seigneur IESVS-CHRIST vous conferue iour & nuict de tout danger, & de tout mal mes bien ayez enfans.

PROGYMNASMA 6  
DECIMVMSEXTVM.

*Salutatio matutina, ientaculum.*

PÆDAGOGVS, CALLISTVLVS, & HYACINTHVS  
pueri, PATER, MATER, COQVA.

**P**ÆDAGOGVS. O Callistule, itane tardus in induendis caligulis tuis: C. Preceptor, dū festino, cōuersa est futura in latus tibiæ, iamq; nec progredi possum trahēdo, nec regredi; vsque adeo fixè adhaerescūt. P. Sine, ego à pede detractas, denuo inducam. Induxi, bene habet. Porrige calceolos Hyacinthe, H. Apertōsne, an cum obstragulo? P. Apertos, cum zonula & fibula. Nunc thoracem simplum cape. Tu Hyacinthe, ligulis astringe thoraci caligas fraterculi: fac nodos laxos, non angustos. H. Prō, istæ ligulae sunt exarmatae propemodum omnes. P. Ementur nouæ, nunc, vt potes. Pecte modo capillum Callistule, hem tibi pectinem. C. Hoi hei. P. Quid est quod sic clamas? C. Ctines nimium sunt conuoluti & implicati; dolorem mihi facio dum pecto. P. Radiis maioribus vttere. Citò faciem manusque abluite,

te. H. Factum. P. Descendamus in hypocaustum, Vbi intrauerimus, salutabitis parentes & sorores paruulas, iis verbis & gestibus, quibus à me edocti estis. C. Salue pater optime. H. Tu quoque mater amantissima salueto. C. Salutem vobis precamur sororculæ nostræ dulcissimæ. P. A. Deus fortunet nobis omnibus hunc diem, mihiq̄ue, coniugiq̄ue meæ seruassit communes liberos. M. Placidone somnio defuncti estis? H. Placido, C. Ego haud quanquam, ô mater: sæpius enim euigilaui. M. Miseram me, quod verbum audio? euigilasti? accede ad me propius. Quare euigilasti? mi Callistule. C. Caput dolebam, & etiamnum dolor manet. M. Multumne? C. Aliquãtus. M. Vnde hic dolor? de vento? at in cubiculo nulli venti. De frigore? at, æstate noua, vt nunc, frigus vrit neminem. C. Quod suspicor, inde, quia me heri tecum cœna abstinere voluisti. M. O factum malè, heus Euprosyna. E. Quid me vult domina? M. Ambobus ossam fac pares. Quàm citissime poterit, tam hoc cedere ad factum cupio. E. E quo? M. E vino, Immisce crocum, & puluisculum nucis aromaticæ, quantum iudicabis immiscendum: turundis verò panis similacei patinam imple, quibus ius feruens superfundes. E. Teneo. Nunquid aliud? M. Aliud? etiam, da vtrique nihilominus collyram suam. E. Curabitur. M. At maturè. E. Intellico. Sed nunquid adhuc imperas? M. Nihil. P. Æ. Interea tantisper cum libellis colloquimini, dum ientaculum inferatur. H. Licet.

## NOTÆ.

**I**N LATVS TIBIÆ) Tibia propriè os cruris, l'os de la iâbe, & opponitur suræ, qua est pars tibia seu cruris posterior

*posterior carnosâ, hominis tantum*, le pourpier de la iâ-  
 be: *Tibialia, velamenta tibiârum*, bas de chausses.  
 NEC PROGREDI POSSVM, &c. Je ne me puis auâ-  
 cer ny reculer. CALCEOLOS ) petits souliers. Cal-  
 ceus, vn soulier. *Calceamentũ idem*. *Calcens fenestratus*  
 Vn soulier decouppé. *Forma calcei*, La forme d'vn  
 soulier. *Calceus vni, premis*. Le soulier me presse. *Cal-  
 ceolarius*, Vn Cordônier. THORACEM ) *Thorax*, Vne  
 piece deuant la poictrine. *Item vestis ac munimentum  
 pectoris*, Vn pourpoint, halecret, corcelet: *Hinc tho-  
 racatus, thorace indutus*, SALVTEM VOBIS PRE-  
 CAMVR, &c. Bõ iour mes sœurs bié-aymees. DEVS  
 FORTVNET NOBIS, &c. Dieu nous dõne à tous vn  
 ioyeux & fortuné iour. PLACIDO NE SOMNO,  
 &c. Auez vous bien dormy? *Defunctus sum*, Terent.  
 J'ay bien maintenât faict du bié. *Defungi certamine,  
 cura, labore, morbo, periculis, pœna, prelio, scelere, im-  
 perio alicuius*. *Vita defunctus*, qui amplius non viuit,  
 qui iam viuere desit, qui curriculum viuendi à natura  
 datum confecit. Qui a finy & conclud sa vie. *Reuoca-  
 re defunctos*. R'appeller les morts. ÆSTATE NO-  
 VA ) *initio æstatis, seu ineunte æstate*. Au cõmencement  
 de l'Esté. *Adulta æstas*, au milieu de l'Esté. *Æstius  
 adiectiuum, vt æstiu mensis, umbra æstiu*, quæ solet  
 esse gratissima, vsquæ adeo, vt vel ab asini corpore peti-  
 ta sit, de quo vide prouerbium, *De umbra asini*. *Æstifer-  
 rum*. Qui apporte grande chaleur. *Æstiu multitudine  
 numero tantum*. Lieu où se retirent les gens  
 d'armes. TECVM COENA ABSTINERE ) *Quam pie  
 faciunt parentes, qui filios suos à teneris ad ieiunia, ad  
 crebras preces, ad omnem virtutem Christianam assue-  
 faciunt!* O FACTVM MALE! ô qu'ay-ie faict! Dieu  
 me vueille pardonner. QUID ME VULT DO-

MINA? ô dame que voulez vous? PVLVIS CVLVM NVVIS AROMATICÆ) Pouldre de noix muscade. NVNQVID ALIVD? Quoy d'auantage? COLLYRAM SVAM) Collyra panis (species, qua pueris dari solebat. Plura thesaurus lingua Græca ex Aristophane & Athenæo. Pain pour les enfans, comme tartres, gasteaux, ou semblables. CVRABITVR) Volontiers Dame. INTELLIGO) Il se fera. IENTACVLVM) Sueton. Vuellio. Epulas trifariam semper, interdum, quadrifariam dispertiebat: in ientaculum, & prandia, & cœnas, commessionesque. Il diuisoit le repas en trois, quelquesfois en quatre, en desjeuner, disner, soupper & la collation.

25

PROGYMNASMA  
DECIMVMSEPTIMVM.

*Consecratio mensæ.*

PATERFAMILIAS, LIBERI,  
MATERFAMILIAS.



ATERFAMILIAS. Strauistisne mensam filij? L. Strauimus, mater. M. Aquam manibus è puteo recentem in gutturnium infudistis? L. Infudimus. M. Mantile si est inquinatius, statim ancillæ meis verbis nuntiate, ac iubete vt suspendat mundius. Tum coquam percoctamini, ecquid percocta iam sint, condita ac penitus apparata cibaria. L. Factum vtrumque, mantile pendet, & escas absumi iam posse coqua respondit. M. Patri hemicyclum cum pulnino, & suppedaneo apposuistis? L. Etiam, mater. M. Vocate ipsum ad prandium,

prandium, & seruo dicite, vt cibos apporet: ego paulò post adero. L. Pater, pater, tempus est cibi capiendi, prandium corrumpetur, si moraris. P. Quota est hora? L. Decima. P. Sùntne omnia parata? L. Paratissima vniuersa. P. Eamus igitur pransum. Esuritis vos? L. Vehementer. P. At vbi est mater? L. Extemplò veniet. P. Oh, adhuc in templo hæsitat? nimis pia mulier est mater vestra; diuos precando satiari non potest. L. Non hoc dicimus pater, sed iam apparebit. P. Aliquid in mensa deesse animaduerto. L. Quid, pater? P. Fuscinulam & basim desidero: propere afferte ambo. L. En. M. Vt istæ ancillæ semper monendæ, ac vices per diem increpandæ sunt. En apposita est ossa. Simul, pueri, ante mensam consistite, coniunctisque manibus, & in cælum suspicientes, statutas preces distinctè, citra festinationem, cum attentissima cogitatione ac pietate pronuntiate, atque ad nomē Saluatoris ac Mariæ vtrumque genu inclinate. L. *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno, &c. Gloria Patri, & Filio, &c. Pater noster qui es in Cælis, &c. Ave Maria, &c. Benedicere dignare nos Domine, & hæc tua munera, quæ ad vitam sustentandam nobis largitus es. Concede, quæsumus, vt tuis bonis tibi gratias semper agentes, teque collaudantes fruamur. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.*

---

 NOTÆ.

CONSECRATIO MENSÆ) Dictam scribit mensam Plutarchus problem, quod in medio ponetur. *Astare mensæ*, Seruire à table, demeurer debout. *Apponere, remouere, auferre mensam*, Couvrir la table,



ou porter dessus, arrenger les viandes sur table.  
*Onerare mensas epulis.* Porter les viandes sur table.  
*De mensa mittere Cic. ad Att.* Enuoyer viâdes choisies.  
*Mensa conquisitissimis cibis extracta, Cic. 5. Tusc.*  
 Vne table dressée avec grande despence, vn banquet, ou festin. *Idem in Catil. Omnium mensarum affecta.* Qui entre par tout où il y a à manger, vn lecheur de trâchoirs. *Mensa secunda, quacunque vel ex fructibus, vel aliis ex rebus post cibos loco postremo apponitur.* La desserte, ce que l'on offre apres le repas, Comme fromage, noix, pommes, choses seiches. *Barbari post pastum appellant.* *Originem huius appellationis aperit Seruius in 1. Aeneid. super illud: Postquam prima quies epulis mensaque remota. Licet sub extranea persona, inquit, Romanorum tamen exequitur morem, apud quos duas mensae erant, vna epularum, altera pomorum, Cic. Hec ad te scripsi appositae mensae secunda. Mensa item est tabula argentariorum.* Banc de changeur. *Hinc mensarii, nummularij, argentarij, collybista, trapezita, Banquiers, changeurs.* H E M I C Y C L V M) Vne chaire à demy ronde. C O Q V A R E S P O N D I T) coqua, cocus, coculus, coquina, culina, forum coquinum nota sunt, Verbum est coquo. Dicimus coquere panem, carnes, lateres, olus, &c. per metaphoram bellum & consilia coquere apud Liuium lib. 8. Appareiller vne guerre. *Coquit me cura, Cic. ex Ennio, Le pensément me ronge & consume. Concoquere, perdre, cōsumer, digere.* *Translatè Cic. ad Q. F. Hac odia non sörbeo sölum, sed etiam concoquo, Les haynes, ie ne les bois seulement, mais ie les digere & consume. Liuius. Quem senatorem ciuitas concoquere vix posset, Endurer, patir, perdre. Cic. epist. 4. lib. 9. Vtra te vltis magis delectet, ὑποπρωεία ne, an hac, quam noster Diodorus*

*non concoquebat. Il ne se peut persuader, il ne peut entrer en la teste. Non possum hanc rem concoquere. Je ne puis digerer cela, ou ie ne le peux oublier. OFFA) Scio non satis Latine vocari hoc nomine, quod Galli Soupe ou potage, primum scilicet ferculum in prandio aut cœna. Docetur hoc sexcentis locis ex Columella, Varrone, Virgilio, & aliis, tamen nolim appellare ius aut iusculum. Quid enim hæc aliud sonant, quàm Vn bouillon? quorum vis etiam inde magis percipitur, cum illa legimus, confundere multa iura, apud Plautum. Espancher plusieurs bouillons ensemble. Ligu-rire ius apud Horat. cibus iurulentus apud alios.*

PROGYMNASMA  
DECIMVMOCTAVVM.

26

*Gratiarum actio post epulas.*

PATER, MATER, LIBERI.



**P**ATER. Laute & largè nos accepisti, cõiux. M. Eia laudato me tandè aliquãdo mi vir, præter morè tuũ. Sed quo argumento istuc? P. Panẽ candidissimum, ipsum farina florè, vinum generosum, aprugnã iure piperato, pullos gallinacèos, assas coturnices, agninã, vitulinã, postremò bellaria de saccharo & amygdalis præbuiisti. Si sæpius ita splèdidè prædebimus, oppidò delicatos filios educabimus, & parcè admodum cœnare cogemur. M. Pone curam, minimè sumptuosam ac prodigam vxorem habes. Attentæ satis, & restrictæ claues dedisti. Agnus euoluetur totus, antequam te similibus modis accipiam. P. Cur autem vel hodie? M. Quia mihi natalis

D 3

est dies. P. Ecce, non recordabar: focieros inuitassem, si monuisses. M. Monebo in annum proximum, si superauero; & sciebam illos aliò condixisse. P. Iam verò surgamus. Pueri, mappulas vestras componite, & si quid in cyathis restat, ebibite. M. Ad agendas Deo gratias eo rursus ordine consistite, quo ante accubitum. Tu Martinule sta vltimus, & ad latus tuum Sibyllula. Huc ades filiola: assiste ad dexteram fratris. Incipite. L. *Laus Deo, pax vniuersis, requies defunctis. Gratias agimus tibi misericors & miserator Domine, quoniam dedisti escam timentibus nomen tuum, nosque indignos tuorum munerum participes effecisti. Te oramus, ut cœlestibus ac sempiternis alimentis post decursa mortalis vite spatia in regno tuo explere nos digneris. Per Iesum Christum filium tuum. Amen. Pater noster, qui es in cœlis, &c. Ave Maria gratia, &c.*

---

NOTÆ.

**L**AUTE) *Lautus*, Beau, excellēt. Cic. *lautum patrimonium dissipare*. Dissiper vne excellente hoirie. *Lauta cœna*, *lauti cibi*, *lautus homo*. *Lautitia*, *mundiciæ*, *elegantia in victu & vestitu*. *Lautia*, *lautiorum*, & *lautia*, *xenia*, seu *dona & munera que legatis exterarum gentium mittebantur*. *Linus lib. 18. Ades*, *liberaloca*, *lautia legatis decreta*. *Et lib. 28. Lautia & locus legatis præberi iussa*. Sic vocabimus *vinum honorarium*, quod hodie *legatis*; & *illustribus hospitibus offerre ciuitates consueverunt*. *Item ipsa conuiuia splendida, quibus accipiuntur*. Nam & *Festus lautia epularum magnificentiam interpretatur*. QVO ARGUMENTO ISTVC? (Pourquoy dis-tu cela? qui est donc la cause: IPSVM FARINÆ FLOREM) De la fleur de farine, ce qu'est en vne chose la meilleure,

meilleure, le plus amiable, le plus beau, le principal les Latins appellent, *fiorem*: *Flos salis*, *flos atatis*, &c. *vide annotat. 2. volum.* VINVM GENEROSVM) Vin excellent & bon. *Vina qua vetustatem ferunt.* Vn vieil. *Hornotinum*, *unius anni*. *Vinum fugiens*, Vin esuenté. *Pernicies vini lymphæ*: L'eau est la mort du vin. *In vino veritas*, La bouche de vin declare le profond du cœur. *Quod in animo sobrijs hoc in ore ebris.* *Vinum doliare*, Vin qui est au vaisseau. APRVGNAM IVRE PIPERATO) Chair de porc, sanglier au poyure. *Apros duos vno in saltu capere*, *Prouerb.* Chasser deux lieures d'un buisson. PONE CVRAM) Ne te fasche point. SVMP TVOSAM) *Magnificus & sumptuosus homo*, Vn homme magnifique, grand despensier, & sumptueux. *Leges sumptuaria.* Ordonnances ou loix sur la modificatiõ des despences, *Ratio sumptuaria.* Raison, ou despence. *Sumptum faciat oportet qui querit lucrum*, *Plaut.* Il n'y a nul gain sans despence. ATTENTÆ SATIS) *Attentus ad rem.* Vn auaricieux ou qui a beaucoup de soing à ses affaires. *Qui rem domesticã sollicitè & diligenter curat.* *Ter. And.* *Nimium in senectã ad rem attentus sumus.* Nous gés vieux tenons fort sur l'argent & sur le bien. *Cic. pro Quintio.* *Paterfamilias prudens & attentus.* *Pro Roscio Am.* *Hac attenta vita & rusticana.* *Hor. Epist. 7. libr. 1.* *Durus ait, vult ei nimis, attentisque videris.* MIHI NATALIS EST DIES) *Natalis sine substantivo.* & *natalis*, *natalitius dies.* *Natales, conditio sanguinis ac familia.* *Hinc generosi, obscuro natales.* *Dare natalia, epulam dare amicis ad diem natalem hilariter agendum, sich losen.* *Cic. 2. Philip.* *Hodie non descendit Antonius? cur? dat natalitia in hortis.* SI SVPERAVERO) Si Dieu me donne ou prospere la vie.

## PROGYMNASMA

42

## DECIMVMNONVM.

*Proborum familiaritas.*

PATER. FILIUS.

**P**ATER. Quid hîc tam acriter contem-  
plaris, Theodule, obtutûque hæres defi-  
xus in vno? F. Botrum hunc de matre sua  
tam pulchrè pendentem, prægrandem il-  
lum, & vicino suo acinorum multitudine, colore-  
que liuidulo ex altera parte respondentem admiror.  
P. Quod mutuum respiciunt, hoc vtrique ad matu-  
ritatem conducit; botrus iuxta botrum maturefcit,  
habet adagium. E poëta Satyricus. Vuâque con-  
specta liuorem ducit ab vua. Atqui tu, vt puer scili-  
cet, nihil aliud quàm botrum consideras, nihil ad  
formandos mores hinc elicis. F. Quid elicerem? P.  
Cupis iam Octobrem appetere, vt maturis solibus  
coctum decerperem, tibi que donarem hunc race-  
mum. Estne vt dico? F. Etiam pater. Esitare vuas, in  
summa voluptate mihi est. P. Ego te docebo, fili,  
quid cogitandum sit, cum ita eximios, & propin-  
quos botros in vite aspectas, quorum alterum ab  
altero maturitatem trahere iam affirmavi: & hinc  
quis sit prouerbij à me adducti sensus intelliges. F.  
Quid cogitabo? P. Quemadmodum vitia à vitiosis  
per conuictum, & societatem, sic virtutes quoque  
a studiosis per familiaritatem & consuetudinem di-  
scuntur. Trahit, inquam, colorem virtutis à virtute,  
& maturus fit ex maturo, qui se cum homine proba-  
tum amicitia, tum omni voluntate sententiaque  
coniunxe

coniunxerit. Nec tam ad valetudinem vel conferuandam, vel instaurandam cœli, regionisve salubritas & clementia, quàm ad mentis sanitatem, & ad sedatum quietumque animi statum bonorum consuetudo apta atq; opportuna est. Quod si nulla bestia tam fera, tam truculenta cernitur, quæ diuturno cum hominibus commercio feritatem non exuat, fiatque tractabilior, certè minus ad illaudatas actiones sese dabit improbus aliquis, si cum bene moratis modios salis comederit. Tu ergo, mi Theodule, ab adolescentulo fuge malos, eorumque congressionibus & vsu latere, quorum tibi virtus nota & perspecta fuerit. Habe cordi hæc præcepta mea, vt ego aliquando materque tua ex nobis te profeminatum esse gaudere possimus.

## NOTÆ.

**D**È MATRE SVA) *lege annot. ut. volum. 2. ACINORVM MULTITVDINE) Acinus & acinum, vn grain de raisin, ou d'autre fruit. Vinaceum appellauit Cic. in Catone minutum illud granum in acino vna. BOTRVS Iuxta BOTRVM) Talis euadit quisque, quales sunt ij, cum quibus consuetudinem iunxerit. Vulgatum est illud quoque: cum bono bonus eris, & cum peruerso peruerteris. VTI PVER SCILICET) Les enfans sont enfans. EST NE VT DICO?) Est-il ainsi? ESITARE VVAS) Differentia vuarum sunt, exempli causa, acerba, vitis, immatura, matura. Vna pensilis. Vn raisin pendu. Vna varians, raisin qui prend couleur. Vna passa. Nonius. Passum est proprie rugosum, vel siccum, vnde & vna passa dicta est, quod sit rugis explicata. Plaut. Pœn. Si qui de astu mecum fuit.*

*rus pro vna passa pensili. Lucil. Rugosi passique senes eadem omnia quarunt, SEDATVM QUIETVMQVE ANIMI STATVM) ad bonam conscientiam, barbari. Mentem quietam vocat Martialis. Mala conscientia, mens scelerum futtis exagitata, irrequieta, malè sibi conscia. Cic. Te conscientia stimulant maleficiorum tuorum. Et 3. Off. Hunc tu quas conscientia labe in animo censes habuisse? qua vulnera? Et 1. de leg. Angor & sollicitudo conscientia vexat impios. Philip. 2. Tu oppressus conscientia scelerum tuorum. NULLA BESTIA) Quæ Inpla Græci vocant, quo nomine veniunt venenata animalia. Cic. 1. de Divinat. bestias vocavit. Mirari licet, inquit, quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, quæ radicum, ad morsus bestiarum. Bestiola diminutum: animalculum non est Latinum. Bestiarj qui ludis publicis, spectante populo, cum bestiis depugnabant. Isid. lib. 12. c. 2. Bestiarum vocabulum, inquit, propriè conuenit Leonibus, Tigribus, Pardis, Vulpibus, Canibus, Simiis, & cæteris, quæ vel ore, vel unguibus seuiunt, exceptis serpentibus. Bestie autem dictæ à vi qua seuiunt. Ferae appellatæ, quòd naturali utantur libertate, & desiderio suo ferantur. MODIOS SALIS) In prouerbium abiit salis modius, pro diuturno conuictu, & longa consuetudine, qua fit, ut alius alium exploratè perfectèque cognoscat. Cic. in Cato. Verum est illud quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitie munus expletum sit. HABECORDI) Perelegans verbi, habeo, est vsus, cum existimo, iudico significat, cum dandi casu. Ex eo genere sunt, habere ludibrio, contemptui, voluptati, delectationi, questui, prædæ, honori, sollicitudini.*

PROGYMNASMA  
VIGESIMVM.

43

*A Deo actionum capienda primordia.*

POSTHVMS, GEMELLVS.

**P**OSTHVMS. Diuinare nequeo, cur  
nō modò studia mea, verumetiā quid-  
quid facere occipio in dies singulos  
parū rectè sub manus succedat. Adeon'  
hominē esse infaustū atq; miserū quen-  
quā, vt ego sum? G. Mihi è diuerso & studia mea, &  
quidquid auspikor quotidie satis prosperè, & ad vo-  
luntatē. Summo illi rerum parēti ac domino sit gra-  
tia. P. Quo artificio, aut qua demū ratione hanc fœ-  
licitatem consequeris? G. Nullo artificio, paucis tan-  
tū verbis. P. Cātionibus, seu carmine magico for-  
tasse. G. Quod Diui Diuāq; omnes auertant. Qua-  
li tu me ingenio arbitrare? P. Bono. G. Quid facis?  
P. Bonis. G. Quid religione? P. Optima. G. Quid  
ergo te isthæc audio loqui? P. Si quid per iocum di-  
xi, nolim te id in serium conuertere. G. Primū ca-  
uisse oportuit ne diceres. Verū eadem si purgas,  
mihi patienda sunt. G. Ignosco. P. Quibus igitur  
verbis? validam profectò verborum tuorum vim  
esse oportet, si tantum efficiunt. G. Non te mora-  
bor. Memoria tenes nos audisse aliquando, anti-  
quos, si quid inceptarent præfari solitos. **QVOD**  
**BONVM, FAVSTVM, FOELIX, FORTVNA-**  
**TVMQVE SIT: QVOD FOELICITER E-**  
**VENIAT: QVOD DII BENE VERTANT.**  
P.Me



P. Memor sum. G. Non te mater tua perdocuit, acturum aliquid, animum ad Deum conuertere, cuiusque opem tacite implorare? P. Nunquam. G. Credo ipsammet non consueffe id facere. Mei parentes consueuerunt, & ita me instituerunt, cum scire illud Pauli occinerent. *Omnia quaecumque faciis, siue in verbo, siue in opere, omnia in nomine Domini nostri IESU CHRISTI facite.* Ob hoc itaque res tuæ faeliciter non eunt: opem enim præsidiumque cæleste non flagitas. P. Tuam pietatem imitatus in posterum haud desipiam. Quã adhuc malè, tam posthac bene de me ipse merebor. Velim tamen pro coniunctione beneuolentiæ nostræ precatiunculam ipsam qua vteris ne me celes: hoc precariò abs te peto. G. Illa Ecclesiæ communissima & commodissima est. *Actiones nostras, quesumus Domine, aspirando præueni, & adiuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amē.* P. Hac valdè arridet, hac vtar. G. Bene eueniat. P. Et tibi bene sit, qui me hodie ex ærumna non modica extraxisti.

---

NOTÆ.

**S**UB MANVS SUCCEDAT ) *Contrarium Galli,*  
 Sortir des mains, fortir en son plein effect. **A D-**  
**E**ON' HOMINEM ESSE INFAVSTVM ) *Je pense*  
 qu'il n'y ait homme sur la terre, plus malheureux  
 que moy pauvre. **S**ATIS PROSPERE, ET AD VO-  
 LVNTATEM ) *Allez heureusement, & selon mon*  
 desir & souhait. **C**ANTIONIBVS ) *Cantio non*  
*solum est canius, sed etiam veneficium, Sorcelerie,*  
*(sicut in Bruto. Subito totam causam obliuiscit, idque*  
*veneficium*

veneficiis & cantionibus Ticinia factum esse dicebat.  
 QVOD BONVM FAVSTVM, & c.) His affinia sunt  
 hæc nostra: Quod Deus Opt. Max. omnēsque cœlites bene  
 fortunent. Quod Superis gratū acceptūque sit. Quod  
 Deus approbet. Quod mihi, nobis, tibi, vobis secundo nu-  
 mine procedat. Quod omnes cœlicola ratiū velint. Quod  
 Christus eiusque mater cōprobent. Quod nobis, ut opta-  
 mus, eueniat. MATER TVA PERDOCVIT) Paren-  
 tes si tantummodo corpora filiorum curant, quid aliud  
 quam belluæ faciunt? nam & ille suos catulos diligen-  
 ter curant, & ab iniuriis tuentur. De Susanna paren-  
 tibus est apud Danielē c. 13. cum essent iusti, erudierūt fi-  
 liam suam secundum legem Moysi. At quidam erudiunt  
 suos liberos secundum legem quidem, sed legem Calui-  
 ni, & Lutheri. Quorū perditam diligentiam utinam in  
 Orthodoxa fide ac pietate puerulis suis instillanda no-  
 stri quidam imitarentur. TVAM PIETATEM I MI-  
 TATVS) Quanto dictis præclaris facta præclara ante-  
 cellunt: tãto est laudabilior istorum, quã illorū imitatio.  
 Quod si studemus bene dicentes imitari, cur bene facien-  
 tes non studemus? Quam utile, quam salutare Plutarchi  
 consiliū est, libro de prof. virtutis sentiendo? Cum rem  
 aliquam aggredimur, aut Magistratum accipimus, aut  
 fortuitum aliquid nobis offertur, ante oculos nobis pro-  
 ponamus exempla honorū virorum, siue ij sunt, siue fue-  
 rūt: cogitemusque quid facturus fuerit hoc loco constitu-  
 tus Plato, quid dicturus Epaminōdas, qualem se gesturus  
 Lycurgus aut Agesilaus, ut velut in speculum intuentes,  
 ornemus nos atque componamus, vel vocem aliquã dege-  
 nerem corrigentes nostram, vel animi motū aliquē repri-  
 mentes. Quod hic Magister vita sapientissimus de Plu-  
 tone, Epaminonda & aliis dicit, nos & de illis, & simi-  
 libus e veteri memoria, & multo amplius de sanctissi-  
 mis

mis nostra religionis hominibus vivis atque mortuis intelligamus. Præcepit etiam Seneca, ut aliquem virum bonum nobis eligamus, ac semper ante oculos habeamus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquem habeat, animus quem vereatur, cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. *Lege extremam epist. 11.*

50  
**PROGYMNASMA**  
**VIGESIMVMPRIMVM.**

*Malorum societas.*

*MATER, FILII.*



**M**ATER. Huc adeste filij, matriq; vestrae vacuas aures adhibete. **F.** Præstod sumus, loquere quæ vis. **M.** Animadvertisse ego vos cū pueris ænopola, qui ab hinc biennium cōmigravit huic viciniae, versari crebrius, eorumque familiaritate & colloquiis impendit delectari. Sic habetote, ne utriquæ placere mihi, vos conflictari cū illis ingeniis. **F.** Ne utriquam! quid ita verò, ô mater? **M.** Quia liberos meos iuxta claudos habitare non fero, ne ipsi quoque claudicare discant. Nolo, inquæ vos pravorū, maleque educatorum puerorū moribus inficere animos, quia salus vestra mihi, pro eo ac debet, est charissima. **F.** Quantum nos scimus, sunt non mali. **M.** Sed quantum ego scio, sunt non boni. Vellentisne assidui esse cum lippis? **F.** Non. **M.** Cum balbutientibus? **F.** Non. **M.** Cum scabiosis? **F.** Non. **M.** Cum pestilentia laborantibus? **F.** O Christe ne tantum malum!

lum! M. Quare nolitis? F. Eadem ad nos corporum vitia, eadem lues, iidem morbi transfunderentur: sunt enim contagiones istæ, quæ manare solent latius. M. Sic profus animi labes, morbi atque pestes multò etiam facilius ab improbis hominibus in vos deriuabuntur. Si consuetudinem iunxeritis cum auaris, euadetis tenaces ac sordidi: si cum iracundis, iracundi; si cum impudicis, libidinosi; si cum temulentis, ebriosi; si cum audacibus, proterui: si cū loquacibus, garruli. Eodem modo, ne longum faciam in aliis peruersitatibus. F. Quales-nam ais esse pueros, quorum nobis est auersanda cōiunctio? M. Parentibus parum dicto obedientes sunt. Iurare assueuerunt. Ad spectacula leuissima velocius quàm ad templum currunt. Mendaciloqui sunt. Obscœnis fabellis cupidius aures dant. Hisce artibus ne colite, nève imbuite ingenium. Propter sodales nequam grauius multi & magni magno casu cecidere. Nec vobis illud in hoc fraudem det, quod pueri sunt. Quam plurimos ego pueros apud orcum æterna expendere supplicia crediderim. Patris maiorumque vestrorum moribus, quos vobis identidem canto, viuite. Si hæc capeissetis impetia, multa ad vos confluent bona, & Deus bene amabit, ac tuebitur vos, charissimi filij. F. Monita tua, mater, sequemur, donec animam extremam traxerimus.

Nec commitemus, vt ob errata nostra tibi aliquando à nobis ægritudo oriatur. M.

Quantum me diligitis, immò

quantum Deum amatis,

tantum istuc cu-

ratote.

## NOTÆ.

VACUAS AVRES ADHIBERE) *Lucret.*  
*libro primo.*

Quod superest, vacuas aures mihi Memmea da, & te  
Semotum à curis adhibe veram ad rationem.

*Plaut. Casina.* Enimvero huc aures magis sunt adhiben-  
de mihi. *Trinum*, date vacuas aures. Id est otiosas, &  
attentas. *Cic. pro Archia.* Vt etiam malis poetis aures  
suas dederet. Et ad *Att. libr. 1. epist. 4.* dare aures suas  
alicui. *Epist. 8. lib. 3.* Si cuius aures ad hanc disputatio-  
nem patent. Dicimus praterea, prabere aures, ad aures  
admittere, accipere auribus. OENOPOLÆ) Non pau-  
ca versantur in lingua Latina à πωλιέω vendo. Biblio-  
pola, myropola, pharmacopola. Propola, vn reuendeur.  
Oenopolium taberna vinaria, vne tauerne. E A D E M  
AD NOS CORPORVM VITIA) *Ouid.*

Dum spectant oculi læsos, læduntur & ipsi,  
Multaque corporibus transiione nocent.

Hoc in morbis oculorū, in scabie, in iis morbis, qui à spi-  
ritu corrupto nascuntur potissimum solet accidere. A B  
IMPROBIS HOMINIBVS IN VOS) Meschante cō-  
pagnie meine plusieurs au gibet. Qui chasse avec  
les chats, il prend volontiers des Rats. Vn meschant  
fait l'autre meschant. TENACES AC SORDIDI)  
*Sordes*, ordures, villenies. *Sordidus*, Ord, sale, mal  
net. *Sordiūla toga*, *Iuuenalis.* *Sordes* item pro immo-  
dica parsimonia, & rei augende studio, pro auaritia.  
*Sordidus*, auarus, vn auare addonné au gain, vn  
tacquin. *Sordidus* & illiberalis quæstus. NE LONGVM  
FACIAM) Pour faire fin ou conclurre. DICTO Q  
OBEDIENTES) *Dicto imperio audientes, obsequentes,*  
obtempe

obtemperantes, morigeri, ad parendum prompti, imperia  
 capessentes, mandata facessentes, iussa perficientes, au-  
 scultantes, &c. IURARE ASSVEVERVNT) Iurare.  
 Iurer. Ergo non recte loquitur vulgus ita: iste miles heu  
 quomodo iurat? O comme ce soldat blaspheme.  
 βλασφημῶν, quando scilicet irati homines vulnera  
 Christi, septem sacramenta, aliasque res sacrosanctas te-  
 mere, impudenter, atque impie nominant: aut alicui pe-  
 silentias mille & totidē diabolos, aliaque horribilia im-  
 precantur. Hac latini, execrationes, maledicta, probra in  
 Deum vocant. Obseruent adolescentes apud scriptores  
 elegantiores & hac, & huius generis. AD SPECTA-  
 CVLA) Spectacula etiam loca sunt vnde spectamenta  
 que spectantur. Cornel. Fronto. QVOD PVERI SVNT)  
 D. Augustinus in libris Confess. narrans peccata pueri-  
 tia sua, quodam loco de semetipso: tantillus puer, & tan-  
 tus peccator. Equidem vel pueros virorum flagitia &  
 posse, & solere consciscere palam est.

## PROGYMNASMA

### VIGESIMVMSECVDVM.

*Minutiora peccata.*

*NUTRICVLA, ALVMNVS.*



**N**UTRICVLA. Dies Veneris est. Num tu,  
 Basiliolae, institutionibus Christianae fidei  
 dedisti operam in gymnasio? A. Quorsum  
 hoc, mea nutrix, quorsum? N. Velim non  
 ignorare, qua in parte illius libelli discenda occupê-  
 re. A. In capite versor, quod de peccatis inscribi-  
 tur: Illud explicari cœptum est à didascalo. O. Odi-

E

stine peccata? A. Et quidem supra modum. N. O egregiam & præclaram virtutis indolē: gaudeo immortaliter. Quasi à facie colubri fuge peccatū: Dentes Leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Sed quæ peccata sic detestaris? A. Superbiam, auaritiam, luxuriam, iram, gulam, inuidiã, acediam, quæ capitalia, mortifera, seu lethalia dici mos obtinuit. N. Non alia insuper? A. Etiam homicidium, sacrilegium, idololatriam, hæresim, vsuram, periurium, prodicionem, & istis magnitudine æqualia, quæ in præsentia non occurrunt. N. Hæc & infinita quæ reliquisti, grauissima, sempiternisque sæculorum atatibus apud inferos luenda sunt. At tu, fili, leuiora ista fortassè contempnis, nec odisti. A. Quæ? N. Citra sitim bibere, delicatioribus epulis ventriculum distendere, parentibus nummulos, sodalibus globulos aut ligulas furari, comparare sese & præferre ingenio condiscipulis, loqui quantum & quãdo libet, affirmare falsa, inficiari vera, libenter agere cum mulieribus non cognatis, lædentem vicissim lædere, inuitum sapius per annum, & oscitantē de noxis confiteri, tempus otio conterere, & id genus alia. A. Non amo, ne ista quidem: & magister seriò nos hortatus est, vt vitaremus parua, si vellemus maiora effugere: nam ex illis ista generari. Scintilla, inquit, quantilla res est? & iamen neglecta fit ignis, qui domos, syluas, ciuitates depascitur. Qui modica spernit, paulatim decidet. Et rursus Ouidius:

*Principis obsta, serò medicina paratur,*

*Cum mala per longas conualuerè moras.*

N. Obtempera igitur cohortationibus istis, nec modò in iis, quæ aduersus Deum, verùm etiam, quæ contra homines, contraq; morum commoditatem

com

committuntur, caue pusilla, ne grandiora & robustiora fiant, quæ aliquando, etiam si maximè contendas, propter inueteratam consuetudinem deferere non queas, vt manè faciem & manus non abluere, vestimenta non purgare à pulueribus, non salutare obuios, cachinnum tollere, respondere impatientius, ingredi aut nimium tardè, aut nimium festinè, non gratificari cuiquam in rebus facilibus, & huiusmodi plura, quæ te non fugiunt summa spe & animi, & ingenij præditum adolescentulum.

## NOTÆ.

**I**NSTITVTIONIBVS CHRISTIANÆ FIDEI) *Catechismus & catechesis Græca vocabula sunt. Latine & politè rem sic efferemus, tametsi pluribus. Fidei Christiana præceptiones. Christiana fidei dogmata. Christiana doctrina rudimèta. Christiana catechesis. Institutiones disciplina Christiana. Capita religionis nostræ. Verba huc pertinentia sunt, erudire, imbuere, instituire, docere, tradere, exponere, excolere, declarare, & hæc quidè ad doctore: illa autè ad discipulos referuntur. Operam dare, audire, excoli, institui, erudiri, informari.*  
**MEA NVTRIX**) *Ma nourrice. Cic. in Lælio. Nutrices & pedagogi iure vetustatis plurimùm beneuolentiæ postulât. L'on n'est pas de peu tenu & obligé aux nourrices & maîtres des enfans. Nutrices elegantissimus poëta vocauit eas partes, quas natura feminis ad fœtum nutriendum attribuit, & Lactantius de infantibus agens, ipsorum alimenti fontes appellauit. Nutrimētum in rebus etiam inanimis usurpatur. Virgil. 1. Æneid. de igne excitato. Atque arida circum Nutrimēta dedit. SVPRAMODVM) Grandement, sur toutes choses, affectionnement. HÆRE-*



SIN) Grammaticorum, Philosophorum, aliorumque liberales artes profitentium etiam hereses sunt ex vi verbi: ab àspèctuq; enim, id est, eligo heresis, electio. Sed huiusmodi hereses anathemate nullo feriuntur. Cic. Paradox. Cato in ea est heresi, quæ nullum sequitur florem orationis. SODALIBVS GLOBVLOS AVT LIGVLAS) Lege fabellam Æsopi de eo qui libellos furabitur in schola condiscipulis, & à matre nunquam ob eam rem punitus. laqueo suspendendus educebatur. TEMPVS OTIO CONTERERE) de otio vitando proprium fecimus progymnasma, & dialogus de parsimonia temporis, nu. 38. eodem potest accommodari. QUÆ ADVERSVS DEVM) Tria peccatorum genera hoc dialogo reprehenduntur. Prima sunt teterrima & grauissima: altera quibus humana vita propter conditionem suam nunquam caret omnino: non est enim homo, qui non peccet: tertia, quæ non satis nostro more peccata rectè dicuntur, quoniam homines magis quam Deum offendunt.

---

52

PROGYMNASMA  
VIGESIMVM TERTIVM.

*Libelli scurriles,*

SEMNOFILVS, PHILOLESCHVVS,  
pueri, MAGISTER.

**S**EMNOFILVS. O facinus animaduertendum. P. Ah, file. S. Non fileo. P. Per tuam te misericordiam oro, ne indica. S. Surdus sum. Præceptor, iste apud se habet Marcolfum. M. Hem, illúmne iocularem libellum? S. Reuera illum ipsum. M. O te leuissimum, & plenum.

plenum ineptæ curiositatis puerum. Non solum hoc nugarum domi tuæ legis, sed etiam in gymnasium tecum portare, & in hac virtutis ac sapientiæ, non leuitatis & inanitatis officina legere audes? P. Nihil continet mali. M. Parum hoc tibi patrocina-  
 tur: nihil continet mali, si nihil continet boni. Por-  
 rige protinus. P. En. M. Aspiciate hunc, pro Rudi-  
 mentis, pro Catechismo suo voluit Marcolsum. P.  
 Animi gratia tantum lego. M. Audio. Tu in schola  
 legis quædam animi gratia: an huc ventitamus tan-  
 quam ad visendos saltatorum choros, aut eque-  
 stres ludos, aut congressus athleticos animi gratia:  
 habes de hac turba alios? P. Non habeo. M. Atta-  
 men nosti præterea quosdam. P. Noui. M. Scilicet:  
 P. *Enlenspiegel, Schimpff vnn d Ernst, Fortunati Bünf-  
 chbuslin, &c.* M. Euoluisti tu hæc figmenta? P. Bonam  
 partem singulorum. M. Cum fructu profectò tem-  
 pus collocasti. Quod potissimum inde emolumen-  
 tum exceperisti? P. Nescio. M. Si tu nescis, iuxta te-  
 cum nescio. P. Nisi tamen sæpissime risi, & quidem  
 effusè. M. O libros, non libros, quorum vnica laus,  
 excitare solutissimos risus. Vellem tamen hos so-  
 lum excitarent, non etiam ab alia incitarent. Acci-  
 pite animis quæ dicam. Cuicumque vestrum similes  
 libelli sunt, si alieni, restituat quamprimum; si pro-  
 prij, ad me afferat, aut in ignem infelicitibus vstu-  
 landos lignis coniciat. Nam si quem lectitare eos  
 cognouero, is vapulabit liberaliter. Multa in iis ioc-  
 ca, sæpe frigida, agrestia, insulsa, turpia Amatoriis  
 narrationibus redundant, Ecclesiæ cærimonias sa-  
 cerdotes, monachos, Deo dicatas virgines, Sacra-  
 menta, fidem denique Catholicam petulantissimè  
 irrident, animi partes maiores à virtute detorquent

& ad omnē leuitatem impudentiamq; duces sunt. Scio extare in Germania nostra alios libellos, quorum ficta sunt argumenta, quorū scopus ac finis utilis & honestus est, in quibus nihil ineptum, friuolū, maledicum ac sordidum, eos legere non veto. Tamen uti bellaria eduntur in conuiujs: nec id in hac ætate, in qua vos estis, verū in maturiore, quæ cōsilia scriptorū videre, vnamquamque rem suis ponderibus examinare ficta à veris, honesta à turpibus, grauia à scurrilibus, vtilia à damnosis secernere potest. Tales sunt fabulæ poëtarū plurimæ. Tales ipsimet poëtae, ut Homerus & Virgilius, in quorum poëmatis plura excogitata quam vera, & tamē grauitatis ac sapientiæ refertissima. Tales denique aliquot apud Latinos & Græcos prudenter & ingeniosè excogitatae historiae. Libros ab hoc Marcolfi discipulo nominatos, eorūque affines puto à viris grauibus, & honestatis amantibus legi non solere. Quanto minus legendi sunt pueris, nisi in perniciē suam faciles esse velint? Nam eorum ingenia cerea ac tenera cum sint, paullo momento ut in bonum, sic in vitiosum habitum formari consueuerunt.

---

NOTÆ.

**O** FACINVS ANIMADVERTENDVM ) O qu'il faut fouëtter par là dedās. HOC NVGARVM ) Telles folies, baddineries. *Nugigerulus*, Vn menteur & porteur de bourdes. *Nugiendus idem quod nugigerulus, est qui res ludicras vedit.* Des grillets ou semblables choses. OFFICINA ) Vne boutique. *C. i. i. Off. opifices omnes in sordida arte versantur: nec verò quidquam ingenuum potest habere officina.* *Iam alia est officina*

ficina ferraria. Boutique de Serrurier, alia chartaria, Meule ou martinet à papier, alia vtriaria. La verrierie. Sic sutoria, statuaria, pictoria, &c. Metaphoricè officina virtutis, artium honestarum. Item flagitiorum, nequitia, Lieu ou l'on apprend toutes meschâcetez, boutique des vices. Crc. in Bruto, officina dicendi: de domo Iſocratis. Et in l. de leg. de philosophis: qui quasi officinas instruxerunt sapientia ANIMI GRATIA) Pour plaisir, ou passeréps. AN HVC VENTITAMVS, &c.) Péses tu que l'on vienne icy comme en vne maison de dâse, où comme à la place du tournoy, ou en vne escholle d'escrime. IS VAPVLABIT LIBERALITER) Sa peau le payera bien. IOCA SÆPE FRIGIDA) Kecensentur caussa multa ac minimè leues, ob quas huiuscemodi libellorum lectio fugienda est inuenti, super quibus Magistri plura differunt, & discipulis suis etiam alios de eadem fece nominabunt, à quibus similiter legem sibi temperent. MONACHOS, DEO DICTAS VIRGINES) Apud Aegyptios olim, vbi tam multa vtriusque sexus hominū perpetua religioni & castitatis contemptis mundi illecebris sese consecrantium collegia, sanctimonia praestantes monachi vocabantur Nonni, monacha virgines, Nonna. Rhodig. lib. 5. c. 12. Hoc idcirco annotavi, ut vocis originem nossemus, non enim duntaxat, vn conuent des femmes, sed etiã, des Nonnains, audiunt ille virgines. SACRAMENTA) Quid Christianis nobis hac vox significet, nemo nescit. Valet iusurandū in re militari, ac proinde in aliis eodem modo valere poterit. Hinc ille locutiones. Dicere sacramentū, aut sacramēto, Faire vn sermēt. Sacramēto obligare, S'obliger avec sermēt. Sacramento soluere. Estre absoubs avec serment. Sacramento teneri. Estre lié par son serment. Sacramento rogare aliquem, De-

mander quelqu'un par son ferment. **BELLARIA**)  
 La desserte, viandes delicattes que l'on presente  
 apres le repas, comme confitures, &c. *Gellius lib. 13.*  
*c. 11. Quod Varro dixit bellaria, ne quis forte in ista vo-*  
*ce hereat, significat id vocabulum omne mense secun-*  
*da genus, Nam que τρᾶγύματ'α Greci, aut τριμυρᾶτα*  
*dixerunt, ea veteres nostri bellaria appellauerunt. HI-*  
**STORIA**) *Historia est etiam temporum, que vidimus,*  
*vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τῆς ἱστορίας, à videndo:*  
*annales sunt eorum annorum & temporum, que etas*  
*nostra non nouit. Vnde Linius & annalibus & historiis*  
*constat. Seruius.*

71

## PROGYMNASMA

### VIGESIMVMQVARTVM.

*Ludus globulorum.*

*MELANIOLVS, FABIVS.*



**M**ELANIOLVS. Heus Fabi, vnde tibi sac-  
 culus tam plenus globulorum? F. Furat-  
 um me credis? M. Apage cum istac suspi-  
 cione: non puto furatum. Emisti? an do-  
 nati sunt tibi: an lucrando acquisuisti? F. Lucrando,  
 maiorem partem, reliquos emi. M. Quid si te pau-  
 periorum conciliem? F. Quid si cælum tuat? sed si  
 quid audes. M. Libet ludere? F. Cur non libeat? M.  
 Quo genere? F. Illo, per quod tu mox aut Cræsus,  
 aut Irus fias: ille, si viceris, hic, si victus fueris, quod  
 opto & spero, Vix tibi sunt viginti globuli. M. Fuit,  
 quando tu trecentos non habebas. Age, dic, quo ge-  
 nere certabimus? F. Par, impar volo, ita vt scrobi-  
 culum humi faciamus capacem vnus pugnus virillis.  
 altum

altum mediocriter. Inde ego certo interuallo distans, & subsidens de vola meos tuosque simul in illum leui iactu coniiciam. Si incurrerit in fossulam numerus par, omnes globuli erunt mei, quique foris, quique intus iacebunt: si impar, omnes erunt tui. M. Ast ego quoque iacere velim. F. Esto, sed tunc quando ego victus. Fac scrobiculum. M. Comoda cultrum. F. Franges, & micro stetit. M. Nequaquam, est terra mollis & argillacea. F. Digitis euerre frustula. M. Dictum ac factum, euerri. Hic erit meta. F. Nimium distat. M. Quomodo nimium? Duobus passibus meis, & semis: est humus plana, sine lapidibus stratoriis, leuiter accliuis accommodata huic ludo. Si esset scrobiculus ad parietem, liceret iacere maiore vi. Quot vis dem tibi in manum? F. Si vis citò rem perdere da multos. M. Duos dabo? F. Hoc nihil est. Vis me quatuor globulos iactare? M. Ergo quatuor do. F. Iam hoc aliquid est. En octonarium, sic collocatum, vt binarius binarium sequatur. M. Sta intra metam, ne digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris? F. Siccine? M. Etiam. Sed iam nimis propendes contra scrobiculum. F. Non profectò. M. Immò. Esto iustus si me vis esse. F. Sum. En iacio. Quatuor sunt intus, numerus par. M. Expecta, ne colligas: adhuc alij accurrunt aduersus scrobiculum. Hem, quintus incurrit, mea est victoria. Iam tu mihi da numerum. F. Accipe sex. M. Placet. Prima victoria addidit animos. Aspicce, omnes inieci, euax. F. Accipe rursus totidem. M. Accipio. Octo sunt intus. Iò, iò, tertia palma. F. Accipe denuo, & totidem. M. Ecce tibi, rursus octo. F. Nolo amplius ludere. M. Quare? F. Tecum est felicitas. M. I. gloriare de tuis globulis. Feci ne iaccu-

lum tuum leuiorem? F. Et tibi alius faciet. M. Tu-  
mebas ante. F. Et tu modò.

---

N O T A.

**P**AVPERIOREM CONCILIAM) *Quædam vis est huius verbi non ita in vulgus nota, quam ex locis Plauti, quos adscribemus, facile intelligas: valet nimirum aliquando procurare, efficere, auctorem esse. Mettre en effect, ou procurer. Epid. Et sororem in libertateis opera concilio mea. Trinum.*

Meus natus me ad te misit, inter se atque vos  
Affinitatem vt conciliarem & gratiam.

**Q**VANDO TV TRECENTOS) *Trecenta Latinis magnum numerum sonat, vt Gallis. Cent Mille, P A R IMPAR VOLO, I T A V T, &c.*) Nous voulons ietter dās la fossette, ou iouër à la fossette. **D**E VOLA) *Manus diuiditur in brachium, in lacertum, in summam manum. Est autem Brachium. Le bras iusques au dessus le coulde. Inde pars à cubito ad manus vertebram lacertus, Le bras du coulde, iusques à la main. Manus, la main, cuius pars interior vola, la paulme de la main, exterior pecten seu metacarpium. Vlna: La longueur des deux bras estendus, vne aulne, vne toise, vne couldee, Cubitus, le coulde. Virumque mensuram quoque significat. Et quidē Seruius in eclog. 3. spatium esse vult vlnam, quantum utraque manus extenditur, arpent de la main. M A G N O S T E T I T) Il a beaucoup cousté. **D I C T V M A C F A C T V M**) En vn clein d'œil. *Est enim prouerbiū celeritatis. S I V I S C I T O R E M P E R D E R E*) Si tu veuë bien tost desbourser; si tu veuë iouër à quitte ou à double. **N E D I C I T V M T R A N S V E R S V M**) Le large d'vn poil.*

poil, d'un doigt. *Digitulus*. Vn petit doigt. *Digitalis crassitudo*. *Digitale*, Dequoy on couure les doigts, gants, doitier. *FECINE SACCVLVVM TVVM*) N'en ay-ie pas secoué ton petit sac, n'en ay-ie pas fait ton petit sac plus leger. *ET TVMODO*) *Diogenes Cynicus peristromata*, quibus *Plato suggestum vestire solitus erat, pedibus conculcans, aiebat: conculco fastum Platonis. Subiecit Plato: sed alio fastu: Hoc fit nimium sepe, vt iratus irascentem, superbiens superbientem, tenax auarum, glorie cupidus ambitiosum, imbellis timidum, &c. reprehendat.*

---

PROGYMNASMA  
VIGESIMVMQVINTVM.

73

*Ludus turbinis.*

*CHARINVS, LEPIDVVS,  
FORTVNATIVS.*



*HARINVS*. E buxo est meus turbo. *L*. Meus è cornu. *F*. Et meus est corneus. *Aspicite sultis*, quàm niteat præ nigrore, quàm bene fastigiatus excauatúque sit. *Nec est grandis nimium qui laboriosè flagello agitaretur; nec nimis paruus, qui saltitaret immodicè, & emitteretur facillè. C*. *Vis cõmutemus? F*. *Qui tibi hoc cogitare libet? tuus citius teretur quàm meus, lignum quippe mollius cornu. L*. *Meũ hunc non laudo, iam semetipse laudabit, cum gyros describet currendo maximos, & paucis ac leuissimis ictibus curret diutissimè. C*. *Hoc solum est planissimum & spatiosissimum, proindeque huic lusui mirè idoneum.*



idoneum. Quod bene vertat, contorqueo meū pollice & medio digito. L. Ego soleo circumuoluere ter, quater corrigiam flagelli, circumuolutum humi ponere, bacillum impetu attrahere sursum. Tum ille liberatus vinculo, quasi in pedes se erigit, & strenuè cursitat, hoc modo. F. Ecce meum. Insta flagello, tuus languet, Charine, agit animam, & tuus Lepide. L. Ut volitat meus? F. Ut amplissimos orbis conficit meus? C. En ut meus tuum ferit cum sonitu, Fortunate, propemodum deiecerat. F. Feriet meus vicissim breui. L. Ah, mei flagelli virgula fracta est. C. Certemus nos duo Fortunate, iam plus spatij relictum est, & turbines contra se mutuò impellamus. F. Sic agamus. Bone Deus, ut me fatigat meus? & minutis tantum ictibus opus est. Scuticam probatissimam habeo, corrigiam optimam è pelle hircina, & bifidam. C. Studore diffluò, cessemus. F. Nondum sudo. Solus sum, validius agitabo meum. Vide, quæso, horribiles saltus edit. C. Ero aliquandiu spectator tuus. F. Quò Lepidus abiit? C. Virgulam quarit ad reparandam scuticam. F. Quare non iam pridem hunc nobilem ludum exercuimus? C. Erit, cum etiam hic displicebit. F. Nunquam Charine. C. Quo pignore certas mecum? Sed redit Lepidus. F. Ego quoque lassus sum, spectabimus ambo Lepidum. O Lepidule, tibi cedimus campum istum. Nunc te ostendes quantus vir fies. L. Tam citò fessi? C. Te deficiente (deficies enim) nos ludum iterabimus. L. Quid cras futurum sit, iuxta vobiscum nescio. Hodie quidem istuc quod vos auguramini haud futurum est. F. Magnos spiritus tibi in hoc artificio sumis.

## NOTÆ.

**Q**VANQVAM nostris pueris hoc ludi genus  
 haud ita notum & vsurpatum est, flagello scilicet  
 agitare turbinem cauatum, tamen vel ex hoc dialogo,  
 quemadmodum se in eo exerceant, & vnde parent, ad-  
 discere poterunt. QVOD BENE VERTAT) Que  
 Dieu le gard. QVO PIGNORE CERTAS MECVM?)  
 Que veux tu gager. MAGNOS SPIRITVS) *Spiri-*  
*tus, L'air, l'esprit, soufle, la puissance de vie, Hinc*  
*ducere, trahere, retinere, spiritum, quod Cic. i. de Orat.*  
*continere animam. Effundere, edere spiritum.*

*Translatè pro audacia & elatione animi*

Pour vn esprit glorieux & hau-

tain. *Ex quo illa. Spiritus*

*sumere, tollere, spiritus*

*deponere, com-*

*primere.*

\*

PRO





PROGYMNASMATVM

LATINITATIS,  
SIVE DIALOGORVM  
SELECTORVM

50



*Liber Secundus.*

PRO SECVNDA SCHOLA  
GRAMMATICÆ.

*Ex volumine Primo.*

---

PROGYMNASMA  
SIVE DIALOGVS PRIMVS.

*Deductio pueri ad Magistrum &  
primum examen.*

PATER, MAGISTER, PVER.

**P**ATER. Salute plurima doctorē te literarū impertio. M. Habeo gratiam, vir optime. Quid est negotij, quamobrē me velis? P. Si non grauaberis paruam dare operam mihi, paucis exsequar, qua caussa ad te accesserim. M. Aduerto animum. P. Ego Germani patris

patris officium secutus, paruulum hunc quem cer-  
 nis, filium meum honestissimis doctrinarum stu-  
 diis, & virtuti à primordio ætatis deditum esse ni-  
 mium quantum cupio. M. Laudabili & iustissimo  
 atque præclarissimo desiderio incensa voluntas:  
 quàm primum enim, & quàm diutissimè dicendum  
 sapientes prædicant, quod nunquam perdiscitur, &  
 proficit in perpetuum. Præterea multum refert,  
 quibus odoribus testa recens imbuatur. P. Est verò  
 ita vt dicis. Hunc igitur puerum ( quod mihi fami-  
 liaeque meae feliciter eueniat ) tibi in manum do,  
 tibi committo, tuæque mando fidei. Natura ego  
 sum, amore, cura, & sollicitudine tu illi pater esto.  
 Tua institutione ac disciplina probitatem & intel-  
 ligentiam rerum ( quanta quidem in istam teneri-  
 tudinem cadit ) adipiscatur. M. Certè quidem haud  
 repugnanter in album discipulorum ipsum retule-  
 ro, si, vt est in more positum, ingeniolum eius atq;  
 progressum, quem in literis hæcenus effecit, peri-  
 clitatus ante fuero. P. Teneas licet solemne tuum,  
 & exquiras quodcunque tibi exquisito opus vide-  
 bitur. M. Age, mi fili, ede nomen tuum. P. Mihi no-  
 men est Iacobus. M. Quotum agitas annum? P. Hic,  
 opinor, nonus incipit. M. Elementa conformare no-  
 stin? P. V. Maximè, quanquam haud venustissimè. M.  
 Quid? rudimenta Grammaticæ num doctè calles?  
 etenim in hoc meo gymnasio illa non traduntur: in-  
 structum ab iis venire ad me audiendum oportet,  
 P. V. Spero me scientia comprehendisse illas præce-  
 ptiones, quàm potuerim. M. Cuius autem Gram-  
 matici erant illa tua rudimenta? P. V. Emmanuelis  
 Aluari Lusitani. M. Emmanuelis? Visne explorem  
 quàm studiosè didiceris? P. V. Explora, si placet. P.  
 Cedò,

Cedò, inflexiones nominum quot sunt? P v. Quinque. M. Hæc vox, Sensus, quota declinatione continetur? P v. Quarta. M. Quo casu effertur? P v. Nominandi, generandi, vocandi singulari: & rursùm nominandi, accusandi, vocandi multitudinis numero. M. Bonus cuius generis? P v. Masculini. M. Certumne istud habes? P v. Certissimum. M. Eius sœmininum? P v. Bona. M. Neutrum? P v. Bonum. M. Da comparatiuum & superlatiuum? P v. Melior, optimus. M. Cur non dicis, bonior, bonissimus; perinde vt doctior, doctissimus? P v. Dicerem verò, nisi esset anomalum, siue inæquale, vt illa quoque; Malus, peior, pessimus: Paruus, minor, minimus. M. Probè respondet adolescentulus. Dehinc Pronominis definitionem recita. P v. Quod loco nominis positum certam finitamque personam adsignificat. M. An emendatè sic loquemur: Saluum te aduenire gaudemus? P v. Prorsus emendatè. M. Vndenam hoc intelligis? P v. Ex regula IV. M. Audiamus. P v. Verbum personale infiniti modi, postulat ante se accusandi casum. M. Petnosco, & demiroq; egregiam singularemque diligentiam tuam. Hanc si in posterum similiter ad discendum attuleris (quod te facturum esse mihi quidem dubitare in mentem non venit) promitto ac recipio huic parenti tuo, te hominem eruditissimum venientibus annis euasurum. P. Diligentiam quidem pueri in spe optima ponat Magister. Ego item quo minus illi cessare, & socordia atque desidia bonum otium conterere sit integrum curabo sedulò. P v. Ignauus non ero. M. Maeste indole, sic facies, mi Iacobe, & cras postquam luxerit, cum libellis tuis, armisque scholasticis ad sextam in hunc ludum meum itare, Diuis bene iuuantibus,

tibus, occipies, Tu interim filium reduces domum quem propter ingenij bonitatem, &, quam facile perspicio, naturæ præstantiam multò commendatissimum nobis, charissimumque fore credas velim. P. Liberalis ista, & humanitatis plena pollicitatio, vir doctissime, omnibus necessitudinibus me tibi obstringit. Bene vale. M. Et tu.

---

NOTÆ.

**S**ALVTE PLVRIMA, &c.) *Je vous desire monsieur mon maistre bõne prosperité & santé. HABEO GRATIAM*) *Je te rends graces mon affectionné amy. QUID EST NEGOTII, &c.* *Quelle est vostre demande. PAUCIS EXEQVAR*) *paucis dicam, expediam, absolvam, eloquar, memorabo, in medium afferam, exponam, tribus verbis, breuiter, non multis, summam, strictim, compendio. ADVERTO ANIMVM*) *Je vous escoute & entends volontiers. GERMANI PATRIS*) *Germanus quasi ex eodem germine, eademq; stirpe progenitus. Frater germanus, soror germana, & sine substantivo, germanus, germana. Vn frere ou sœur de pere & de mere. Extra consanguinitatem valet idem quod hæ particula. Droit, egal, vniforme, en tout & par tout semblable. Magistri germani alicuius artis, Les vrays & iustes maistres en quelque art. Memoria germana literatura. Vne memoire du tout semblable aux lettres. Est germanissimus Calvinista Theodorus Beza. Theodore de Beze est vn vray & naturel Calviniste. Cælum est germana Christianorum patria. Le Ciel est la vraye patrie des Chrestiens. Germanitas etiam duplicem notionem habebit, & germanè similiter. QVIBVS ODORIBVS*

TESTA REGENS) Le mortier sent toujours les  
 aulx. *Testa oui, limacis*, Coquille d'un ceuf, ou d'une  
 limasse. *Opus testaceum*. Vne chose de terre bruslee  
 ou cuitte. IN ALBUM) *Album substantivum est ta-*  
*bula albata, in qua Praetores edicta, actiones, interdicta*  
*proponerant, quo omnibus nota fierent. Dicebantur &*  
*albo Pontifices. Cic. 2. de Orat. Res omnes singulorum*  
*annorum mandabat literis Pontif. Max. refererantq; in*  
*album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset*  
*populo cognoscendi. Significat item quam vulgus ma-*  
*triculam vocat. Librum scilicet, in quo eiusdem artis,*  
*studij, professionis, officij, dignitatis hominum nomina*  
*scribuntur. Itaque dicemus aliquem esse in albo studio-*  
*forum, senatorum, sodalium B. Mariae, &c. RVDI-*  
 MENTA) *Quid esset rudimenta ponere, tyrocinium*  
*ponere declarauimus sententiam nostram Notis in pri-*  
*mo dialogum prioris libelli. Nunc illud tanquam au-*  
*thentiarium addimus: nihil esse aliud, quam quod Virgi-*  
*lius voluit illis carminibus in 8. Aeneid. ubi Euander*  
*Pallantem filium suum Aenea commendat.*

Hunc tibi praeterea spes & solatia nostri  
 Pallanta adiungam, sub te tolerare Magistro  
 Militiam, & graue Martis opus: tua cernere facta  
 Assuescat: primis & te miretur ab annis.

CEDO) Vien ça, dis. ADOLESCENTVLVS) Vn petit  
 ieune fils. *Adolescentula*, Vne petite fille. *Lectissimus*  
*adolescens*, Vn ieune fils d'eslit. *Adolescentia lubrica*,  
 Là où vne personne incontinent glisse, & vient à  
 tomber. *A prima adolescentia*, Dès ma ieunesse. DE-  
 MIROR) *in compositione aliquando, ac, auget significa-*  
*tum, ut per. Talia sunt deamo, id est, valde amo, depra-*  
*dico, denarro, deprelior, de sauiio, de la sso, derepenie, de-*  
*subrio. VENIENTIBVS ANNIS*) Avec le tēps à l'ad-  
 uenir, l'annee prochaine, à l'aduenir. BONVM O-

TIVM)

TIVM) Otium est vacatio à labore, siue ea honesta sit, siue turpis. Qui versantur in literis, quoniam negotiis aliis laboribusque vacare debent, factum est, ut laborem studiorum significaret, quanquam Cicero solet addere, *literarum*. Scipio dicere solebat, *nunquam se minus otiosum, quam cum otiosus*. Apud Terent. *Adelph.* otiosus est securus, tranquilla mente. *Quin tu otiosus es? ego illius sensum pulchrè calleo*. Idem *And.* *Animo iam nunc esse otioso impero*. MACTE INDOLE) Dieu vueille que tu prosperes puis que tu as si bon esprit, que tu es si spirituel. ARMISQUE SCHOLASTICIS) Avec les armes d'eschollier. DIVIS BENE IUVANTIBVS) Au nom de Dieu. POLLICITATIO) *Servius pollicemur sponse, promittimus rogati.*

---

PROGYMNASMA  
SECVNDVM.

3

*Euntes in ludum.*

ANTONIVS, MARCELLVS.



ANTONIVS. Securúsne, & timore expeditus in phrontisterium vadis Marcelle? M. Quid tibi ista percunctatione vis? explica dum, non enim fatis intelligo. A. Fabor ergo apertiús. Contextuisti epistolam quam à nobis hodie requiret Præceptor? M. Contextui, & descriptam porto mecum. A. Præcurrit alacritas tua meam tarditatem. Quanquam haud ita pigritia me, vt chartæ penuria, qua premebar, remorata est, fecitque vt meam non totam describerim: seriús

F 2



quippe adeptus sum papyrum. M. Quid acturus, si poposcerit? A. Dum vestras emendat, interea quod reliquum est nullo negotio describam. Hoc concessurum mihi spes est, siquidem aliis aliàs concessit. M. Ostende sis tuam scriptionem. A. Hem. M. Quàm scèdè tu pingis literas? gallinam scripsisse arbitror. Quàm item vacillant versus? A. Dummodo legi queat scriptura, paruo duco tristia sint an lata, pulchra visu, an deformia elementa: versus ad amissim nequeo dirigere quantumuis coner. Atqui non tam valde vtraque laude mihi antestas. M. Iudicium cæci. Aliter doceat me Præceptor, si ipsi displiceo cum istis illepidis inuenuistisque characteribus. M. Abhorrent istæ partes ab eius munere. At vnde discas tandem? Quid tu nunc mihi auctor es? M. Aliquem peritum adolefcentem pacta pecunia conducant parentes tui, quem hanc ad rem magistrum capias. A. Attamen doctrina quoque spectati, & clari homines plerumque inscitè, & indecorè efformant figuras istas. M. Dici aliter non potest, verùm non idcirco sunt docti: & tamen multi illorum decenter. A. Parentes mei (quod vitium fenectus affert) attentiores sunt ad rem quàm sat est: defraudât genium suum: vereor vt illis persuadeam. M. Adhibe procuratorem Magistrum, cuius vnum verbum huc plus valebit, quàm centum tua. A. Rogabo vt hanc mihi opellam surripiat. M. Cæterùm, quæ heri explicata sunt in Cicerone, si te fortè nominauerit, poterisne repetere? A. Nisi ipsemet optaletur, parum bene: oblitus enim sum quorundam, & quem domi interrogem habeo præter parietes neminem. M. Harenti subueniet. Ego insuper, quoad eius facere potuero, tibi opem feram. A. Mi optime

time Marcelle. M. Sponden' te mutuuum esse factu-  
rum mecum, si in eodem luto hæsitauero? si neces-  
sitas postulauerit? A. Spondeo firmiter. M. Salua  
res est.

## NOTÆ.

**T**IMORE EXPEDITVS) *Timore, metu, pauore, for-  
midine liber, vacuus, solutus: & casu patrio, timo-  
ris metus, &c. expers.* Sans crainte. *Metus motus est  
animi: timor quasi tumor: fert interdum rationem: pauor  
puerilis est.* Cornel. Fronio. **Nullo negotio**) *Nego-  
tium, occupatio, Vn affaire. Negotiolum, Vn petit  
affaire. Negotiosus, Vn homme d'affaires, laborieux.  
Negotium dare, Commander, donner affaires. Nego-  
tium item pro molestia. Vnde exhibere, facessere nego-  
tium.* Tourmenter vne personne, ne le laisser point  
en repos. **Ad amussim**) *Amussis, Le cordeau, où  
ligne du charpentier ou maçon, fabrorum regula,  
quam architecti, cum opus probant, rubrica illinunt.  
Prouerb. ad amussim, pro eo quod est, exquisita diligen-  
tia, atque exactissima cura. Examussim dicitur exami-  
natè ad regulam.* Plaut. *Amphit. Si vera hæc loquitur,  
examussim est optima. Idem Menach. Ut hanc rem vo-  
bis examussim disputem. Nonius. Eundem sensum ha-  
bet: ad unguem, à marmorariis videlicet, qui superin-  
ducto ungui commissuras marmorum explorat. Nos au-  
tem citra allegoriam & prouerbium: Versus ad amussim  
nequeo dirigere.* Je ne sçay pas escrire droit & en li-  
gne, ou selon la reigle. **Attentiores sunt ad  
rem**) mes parens sont fort auaricieux, ils donnent  
plus volontiers vne goutte de sang du cœur, qu'un  
denier de leur bourse. *Res etiam, facultates, bona  
fortuna, diuitias scilicet atque opes significat.* Plaut.

*Trinum. Istoc absente malè rem perdit filius. Ibid. Rem postquam comedit, post rationem putat. In eadem. Nam postquam hic eius rem confregit filius. Ex eodem fonte manant illa. Rem querere, rem facere, rem nasci, in suam rem conuertere, suarum rerum satagere. DE FRAVDANT GENIVM SVVM ) Ij discuntur hoc facere, qui natura subtrahunt quod appetit, vt preparari, restricti, sordidi, & auari. N' osent prendre pour satisfaire à la necessité de nature. Contra faciunt, qui genio indulgent, hoc est animo suo obsequuntur, & cuticulã probe curant. Dies genialis, dies letus, & voluptarius. Genialiter viuere, delicatè, molliter, in voluptatibus. Plaut. Aulul. Egomet me defraudauis, animúmq; meum. Idem Persa. Nunc & amico meo prosperabo, & genio meo multa bona faciã. VT HANC MIHI OPELLAM SVRRIPIAT ) Plaut. Amphit. (Ianculum hinc abiui à legione, operam hanc surripui tibi. Id est, operam hanc furum sumpsi in tuam gratiam. Je le veux prier qu'il se desrobe à soy-mesmes vn peu de temps en ma faueur, ou pour me faire vn seruice. IN EODEM LVTO HÆSITAUERO ) Si par fortune ie suis empesché en semblable necessité, si ie suis embourbé en semblable bourbier. Prouerbiũ in eos, qui sic in aliquo negotio implicati herent, vt se inde nequeant explicare. Quemadmodum videmus viatores, cum inciderunt in cœnum, & alterum pedem conantur educere, altero immergi. SPONDEO FIRMITER) Je te le promets fermement. SALVA RES EST) Cela va bien.*

PROGYMNASMA  
TERTIVM.

*Excusatio absentis.*

MAGISTER, ANIMADVERSOR,  
ANTONIVS, IOANNES,  
MARCVS.



MAGISTER. Euge animaduersor, adedum. A. Adsum, impera. M. Quinam hesternio die scholam non obierunt? A. Qui? Antonius Niger, Ioannes Faber, Marcus Syluius. M. Perpaucos memoras. A. Reliqui ad vnum omnes coram praesentes affuerunt. M. Extra eos videlicet, qui munusculis te elinguaerunt. A. Hoc quidem alias cum tentarent nonnulli, semper Austrum perculerunt. M. Probatus es Adolefcens, & Magistro tuo fidelis. Heus, prodite vos in medium, repente, statim, sine mora. An nondum etiam? confestim, inquam, aduolate. Quid habes Antoni dicere ad excusandam absentiam? A. Ingens quidam, & intolerabilis dolor occupauerat sinciput meum. Quocirca mihi in mandatis dabat mater, extra aedes pedem ne vsquam ponerem? M. Fabulae. Tibi vt credam? non ego te noui? A. Si verbis meis exigua apud te est fides, certum hominem ad matrem & familiares indagatum allega. M. Logi. A. Haud secus reperies. M. Somnium. Quasi vero tu vt es callidus & versipellis hoc tuis non imposuisses, tibi nimirum condolere caput. Studebas verberationem effugere, quae propter segnitiam te

manebat. A. Neutiquam, Præceptor: non imposui profectò; reuera nihil finxi. M. Poterone hodie verum ex isto puero exsculpere? Caue mihi mendacij quicquam. A. Vera loquor. Si aliter fuerit ac dixi, causæ nihil erit, quin tibi dem pœnas. M. I. fessum; rem ego nunc quidem in medio relinquam. Tu bonè Faber, quo negotio implicatus tenebare? I. Pater quopiam profectus animi gratia, me perduxit illuc secum. M. Quò profectus? I. In villulam nostram, quæ aliquot millia passuum ab vrbe distat. M. Cur pridie à me copiam non petebas? I. Noctu hæc de re deliberavit pater: tum multo mane in viâ nos dedimus, vt ad te adire nequiuerim, nec voluerim, quod verebar vt cubitu surrexisses. M. Dictum inopinatum atque mirabile; te alioqui somniculosissimum, id temporis, sub galli cantum scilicet, experrectum. I. Videre me somnum haud sinebat gratissimæ promissionis expectatio. M. Quin tu exoraueras patrem, vt hoc promitteret? I. Factum est vt patre secundo villam amœnissimam petiuerim, ibique animum studiorum perpetuitate fatigatum tri-duo isto instaurauerim. Pròinde, amabo mi Præceptor, parce vltra quærere, quandoquidem te clam non est, quanto me opere schola delectet, nusquam vt sim libentius. M. Qui tibi incessit metus plagarum insolitus, hic de improviso oratorem te reddidit. Nunc condonabitur erratum. Posthac nisi quoquo modo de absentia certiozem me feceris, verberibus te cædam, vt si in pristino moleres. Percepisti? I. Planissimè. M. Restat vt te quoque purges, solute adolescens, & omnium inertium inertissime. Quid egisti? aut vbi fuisti? aut quare in ludum non venisti? Quid est Silui? quid taces? MAR. Existima-

bam

bam esse ferias literarias. M. Ridiculum. Hóccine os tuum? istanc frons tua? Ecquid, ó insulse, nudius tertius aut quartus primùm auditiones obire cepisti? quomodo? an tu nesciebas vacationi diem Mercurij consecratum? Hic ego te manifestum mēdacij teneo. M A R. Ast mihi occurrebat heri Mercurius. M. Ast ego faxo tibi hodie Tisiphone accincta flagellis occurrat. Lepidum capitulum. Tēne errare in isto negotio tam antiquo, tam noto, tam vulgato? Quamobrem autem horis antemeridianis saltem non comparuisti in hoc loco? Prætexas culpam hoc figmento: non fit mihi verisimile quod ais. Illi sodales & congerrones tui aliquò te ambulatum, aut lusum auocarunt. Para; mox tibi virgis corium conscribam. M A R. Miser, ah miser, cui tam male vertit dolus. Sed te obtestor, vnam hanc dimitte noxam; si quando rursus admisero, tum occidito. M. Nihil agis.

---

 NOTÆ.

**E**LINGVAVERVNT) *Lingua te priuauerunt, elinguem fecerunt, mutum ac silentem penitus reddiderunt. Ils t'ont fermé la bouche. Plant. Aulul. ubi senex animum exagitat, velut si thesaurum indicarit.*

Si hercle ego te non elinguandum dederò, vsque ab radicibus.

AN NONDV M ETIAM) *T'en faches-tu encores? AVSTRVM PERCVLERVNT) Battre le vent, escorcher la nuee, ou le broüillats. Eiusdem ordinis sunt, inanem scilicet operam significantia, atenam metiri, ignem disseccare, parietiloqui, arare lituus, surdo fabulam. LOGI) Apud Plautum logi sunt verba, seu face-*

*in & ridicula dicta. Persa, Parasitus Virgini.*

Si hoc accurassis lepidè, cui rei operam damus,  
Dabuntur dotis inde tibi sexcenti logi,  
Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis  
Cum hac dote poteris vel mendico nubere.

*Quod dicit Atticos tantum accepturum, eò respicit, quod Attici multò melius Gracè loquerentur, quam Siculi, erantque illorum verba quàm istorum lectiora. Stichos.*

Adeste sultis, præda erit præsentium,  
Logos ridiculos vendo, agite licemini.

VT EST CALLIDVS) *Iunguntur saepe versutus & callidus, differunt tamen. Versutos, inquit Cic. 3. de Nat. Deor. eos appello, quorum celeriter mens versatur: callidos autem quorum tanquam manu opere, sic animus usu calluit. VERSIPELLIS) Versipelles dicti sunt, inquit Nonius, in quodlibet genus sese commutantes. Plautus Amphit. Ita versipellem sese facit, quando lubet.*

CONDOLERE CAPVT) *Quod quidam ita loquuntur, condoleo tibi, compatior vobis, id à me alio loco, ut inquinatè dictū fuisse, notatum memini. Est autè condoleo idem planè quod doleo, & ad corpus refertur. Cic. 3. de Orat. Tum latus ei dicenti condoluisse, sudorèmq, multū consecutum esse audiebamus. Et 2. Tusc. Nos si pes condoluit, si dens, ferre non possumus. Plaut. Truculento.*

Dare soleas, atque me intro actutum ducite,  
Nam mihi de vento miseræ condoluit caput.

VERVM EXSCVLPERE) *Tirer la verité par force.*

ANIMI GRATIA) *Idem quod animi causa. Pour plaisir, pour passetemps. IN VIAM NOS DEDIMVS)*

*Nous nous sommes mis en chemin. SODALES*

*TVI) Comes iter facit, Affecula sequitur potentiorè:*

*Sodalis adolescentiæ nomen est. Cliens implorat opem & fidem. Ita comes intus, affecula officiosus, sodalis ami-*

*cus,*

*cus, cliens submissus. Cornel. Fronto. P A R A*) Desguille-  
te toy. VNAM HANC DIMITTE NOXIAM) Par-  
donnez moy ceste fois, & iamais de ma vie ne re-  
cherray. NIHIL AGIS) Il faut que tu passes par là, il  
n'y a nul remede.

PROGYMNASMA 7  
QVARTVM.

*Calami preparatio.*

VEDASTVS, BALTHASARDVS.



EDASTVS. Cùm haud inuenustè pingas  
elementa, doleo tibi nec chartã esse bo-  
nam, nec calamos aptos. B. Ab his singu-  
lis fateor me inopem. Charta nec cãdida  
multùm, nec firma & plana, sed aspera, scabra, &  
pilis paruíssimis plena, quos cùm à calami crena  
detraho, scis ipse quales efformètur literæ. Sed quod  
intollerabiliùs mihi accidit, etiam perfluit, verùm  
hæc culpa sit atramenti potiùs, quod cùm esset heri  
spissum valde, aqua nimia effecit dilutissimum, &  
subalbidum. Calamos ad vsũ accommodare cul-  
tello prorsus nescio; & te etiam atque etiam vehe-  
menterque rogo, vt hanc rem me doceas, si ipse  
scias. V. Miseret me tui, qui pene solus ignores,  
quod condiscipuli tui didicerunt magnam partem.  
B. Libera tu me ista ignorantia. V. Ausculta igitur.  
Anserinæ pennæ sunt ad scribendum imprimis ap-  
positæ, iis que plures vtimur, ac sæpius quàm pauo-  
num aut cygnorum; quarum illæ nimis sunt duræ,  
hz



hæ nimis amplæ ; quanquam diutius bonæ permanent atque anserinæ. B. Tenco. V. Ex his ipsis anserinis meliores iudicantur , quæ sunt pellucidæ, mediocriter duræ, caule longiore , ampliore, firmiore. Quæ autem habent caulem breuem , angustum , & sunt admodum duræ, vt quæ inhærent extremæ aq̄, non probantur. B. Iam nouerim deligere pennas. V. Vbi delegeris, ita parabis. Rescindes caudam , plumulas vtrinque detrahes, scapelli tergo cauum pennæ leuigabis, extremum caui, seu caput rescindes ex vtraque parte , antrosum & retrosum hoc modo, vt fiat bifurcata ( aspice. ) Tantum porro refecabis, quantum latus est vnguis auricularis digiti. B. Meminero. V. Post hæc in dorso crenam facies ; id est, calamum cuspide cultelli, siue extremo cultello iuste per medium scindes, sic, vt fissio seu incisura diametro dorsi pariter pene æqualiterque respondeat. Tum vbi adhuc aliquantillum deorsum à fronte excueris , à dextris & sinistris acuere calamum , & mucronem facere perges ; seu æquabis duos illos pedunculos , siue crufcula. Nunc me vide, quomodo indita crena vtrumque horum absoluam. B. Obseruo. V. Rastellum hoc , quem mucronem antea vocaui , temperatæ gracilitatis esse debet , de quo quanto plus abscideris, tanto habebis calamum obtusorem , & grandioribus notis ducendis aptiorem: dextra tamen pars, in quam calamus, dum scribimus, incumbit , sit aliquanto altior sinistra , quod discrimen adeo sit minutum, vix vt perspiciatur. Age experiamur hunc nostrum. Accipe , vide an placeat. Quare sic eum capis ? B. Sic assueui. V. Tene pollice, & medio digito, molliterque superpone indicem , sic ; ita minus vacillabit manus , & firmitus eam

eam chartæ imprimes. Sit autem brachium vsque ad cubitum liberum dum scribis, & pondere suo tabulæ seu pluteo innitatur, tota autem manus auriculari. Intuere me scribentem. B. Imitabor ad vnguem, & quibuscunque officiis potero, tuam erga me humanitatem aut obruam, aut exæquabo.

---

N O T Æ.

**A**B HIS FATEOR ME INOPEM) *Veteres instructus, firmus, felix, paratus, imparatus, inops, nudus, inuictus, item impunitas, solitudo ab aliqua re dicebant, pro quibus nostrum seculum, quantum pertinet ad hoc vel illud, sumus parati, instructi, &c. Cicer. ad Att. Sumus flagitiosè imparati, cum à militibus, ium à pecunia, in Bruto. Nudus à propinquis, nulla cognatione munitus. Ibid. Tum erat ab oratoribus quadam in foro solitudo.* CALAMOS AD VSV M ACCOMMODARE) *Tailler la plume. Item preparare calamum. Temperatur autem iam antiè ad pingendum preparatus & accommodatus calamus, dum cusps eius vel acutior fit, vel obtusior.* DIAMETRO DORSI PARITER) *Que la fente soit aussi longue, que la largeur du dos de la plume. Necessario multis metaphoris utendum nobis fuit in hoc dialogo: nam alioqui, quod volebamus, explicare non potuissemus: desunt enim verba propria. Et est ià literatioribus satis cognitum, quam late pateat, quantamq; rerum vim & copiam complectatur hic tropus, qui metaphora seu translatio nomen habet. Præceptores inter explicandum hasce metaphoras non solum Gallicis vocibus declarabunt, sed etiam ipsi cultellum & calamum nondum plumis suis spoliatum, neque lenigatum in manus accipient, & discipulis inspectantibus, quid crenam, quid rastellum, quid dorsum, quid caudam,*

*dam, &c. vocemus ostendent, eosque artem hanc parandorum calamorum docebunt.*

PROGYMNASMA  
QVINTVM.

*Elementorum conformatio.*

*DAMASVS, ALBANVS.*

**D**AMASVS. Tam artificiosè tamque graphicè characteres Romanos effingere, tanta proportione, & tam compositè mutuò respondententes, versibus præterea paribus intervallis, à summa pagina ad imam vsque diremptis, & nulla omnino in parte vacillantibus, dic fodes, quid tandem utilitatis affert? A. Modus ipse querendi tuus, clamat te istuc in quæstione ponere non debuisse. D. Quid ita non? A. Quoniam ostendit non displicere tibi hanc manus meæ elegantiam. Atque vt agam apertius: delectarisne, si quando quidpiam à me exaratum aspicias? D. Ac multū profectò, non secus, quàm si nitidam, & collustratam picturam intuerer. A. Hæc igitur vna est utilitas, vt mearum literarum veluti pictura tuis aliorumque oculis blandiatur, lectorésque meos voluptate quadam nec illiberali demulceat. D. Bene tu quidem hætenus, sed plura desidero. A. Ego ipse quoque (id quod omnibus mei ordinis vsu venire existimo) propterea libentiùs, faciliùs, maioreque cum iucunditate scribo. Adde, quòd lectu expeditior est venusta, quàm rustica, indocta, imperitaq; manus; nec aliud in causa est, quare tantoperè typis descriptos

ptos libros amplectamur, nobiscumque feliciter actum sit credamus, si calamo ad illorum typorum venustissimam speciem quam proximè accesserimus. D. Negari non potest, manum tuam exquisitam, probè distinctam & luculentam esse. Nunc da, quibus viis ac rationibus ad huius scientiæ facultatem perueneris. A. Quorsum id nosse expetis? D. Etiam tu hoc rogas? Vt facere queam similia. A. Si animum huc aduertas, narro tibi. D. Asto auidissimis auribus. A. Principiò percommodum fuit exemplar, in quo erat alphabetum maioribus minoribusque literis compositum. Nec ibi solum completæ & integræ, verum etiam imperfectæ, partésque & frustilla earum visabantur. Ostendebatur item, quo pacto illa fragmenta coagmentanda essent, vt absolutum literæ corpus efficeretur. Verbi causa; ducebatur ab alto virgula ad hunc modum l, appingebatur minutus semicirculus dextrorsum, seu inuersum c, sic, c. vt doceret b, componere, si illi porrectæ deorsum ad angulos rectos lineolæ hanc notam copulassent. In d. diem præstabatur, præposito c. sic tamen, vt postquam c. illud cum virgula coiuisset, puncti instar de infimo eius extra emineret. In maiusculis eadem planè ratio custodiebatur. Sed vt rem clariùs cognoscas, ipsum tibi prototypon demonstrabo, si fuerit occasio. D. Optatissimum acciderit. A. Posthæc binæ, ternæ, quaternæ, connectebantur, vt, ab. do. mi. ptu. flo. gran. trum. Subiiciebatur adhuc vocum series, quæ aliquam animantem, arborem, herbam, morbum, instrumentum indicarent, eaque haud ita vulgatæ ac tritæ. Tandem breuiores sententiolæ, vt illæ (nam edidici, sicuti vocabula, de quibus dicebam) *Vacare culpa magnum*

est solatium, Medio tutissimus ibis, Festina lentè, Nescis quid vester serus vehat, Homo bulla, D. Videtur Magister hoc exemplar meditatatus confecisse, A. Credo, D. Quid erat nouissimo loco? A. Longior scriptura, sex, septem versuum scilicet, quæ ad virtutem excolendam me hortabatur. Ex Platone, Tullio, aut Seneca, vt reor, deprompserat. D. Nec illius te capere debuisset obliuio. A. Non cepit. Erat autem concepta his verbis: *Altum quiddam est virtus, excelsum, regale, inuictum, infatigabile: voluptas, humile, seruuile, imbecillū, caducum, cuius statio ac domicilium fornice & popine sunt. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris stantem, puluerulentā, coloratam, callosas habentem manus: voluptatem latitātem sepius, ac tenebras captātem: circa balnea ac sudatoria, ac loca adilem mententia, mollē, eneruam, mero atque unguento madentē, pallidā, fucatā, & medicamentis pollinctam.* D. Quid? tantune sapius inspectanda hac formula perdidicisti hoc tuum artificium? A. Non. D. Quid egisti hoc amplius? A. Sua manu Præceptor meam complexus moderabatur ac dirigebat. Iubebat item tenuissimæ ac subtilissimæ papyro membranā substernere, in qua inessent festiuissimè picta elementa, cum egregiè concinata scriptura, & calamum super literas per chartam satis tralucens ducere, vt sic ductibus earundem æmulandis assuescerem, & habitu quodam confirmarer. Quinimò stylo plumbeo interdum literas cum exarasset, eas me atramento tegere, & de liuidis nigras reddere volebat. Cæterum ne facerem inæquales, eas, inquam, quæ vel sursum lineas non proiiciunt, vel infra non demittunt, vt vocales, & consonantes c.m.n.l.&c. applicata regula trahebat lineas duas angusto spatio

spatio distantes, intra has mandabat mihi vt scriberem aliquid. Idem in grandioribus seruauī, quarum inter se omnium æqua est magnitudo. His exercitationibus vsus, quantum cernis, processum effeci. D. Si nancisci possem magistrum æquè scientem ac peritum, discerem hanc artem sanè. A. Si sollicitus quæras, puto te inuenturum. D. Difficillimè: paucorum est enim bella manus: contra, malè pingentium numerus infinitior, quam frondium in syluis, piscium in vndis.

---

NOTÆ.

**G**RAPHICE) Verbum γράφω pictorum & scriptorum commune est. Hinc γραφικὴ, ars pictoria. Graphicum per translationem à pictura, quæ elegantia ferme superat eas res, quas imitatur, in hominibus maxime; significat venustum, scitum, politum, lepidum, perfectum, & quasi pictum. Eadem est vis aduerbij, graphicè. Plant. Epid. Næ tu habes seruum graphicum, & quantiuis pretij. Pseud. Nimum est mortalis graphicus. Trinum. Ita me dii ament, graphicum furem. Persa. Nunc ego huic graphicè facetus fiam. **A S V M M A**  
**PAGINA AD IMAM)** Ut prima, vltima platea, pro prima & vltima parte platea: primeribus, extremis digitis, & alia multa similia, quæ, ni fallor, alio loco à me notatæ sunt. **PONERE IN QVÆSTIONE)** Cicer. 1. de Orat. Ponere questionem, & in Tusc. Ponere iubebam, de quo quis vellet audire. 2. de Orat. Ponere in percunctando. **A ME EXARATVM)** Exarare valet quidem conscribere, sed celeriter, & cum quadam festinatione, nec sumpto spatio multo ad cogitandum. Quod testimonia Ciceronis declarabunt, quæ ponemus. Epist. 26. lib. 9. Accubuerã hora vna, cum ad te harum exemplum

in Codicillis exaravi. Et epist. 1. libr. 12. Hoc literarum exaravi egrediens è villa, ante lucem. Et libr. 12. epist. 20. Hac cum essem in senatu exaravi. ad A. 11. libr. 14. epist. 24. Statim hac nescio quid exaravi. Ertani ergo, qui Latine se loqui putant, cum dicunt, se literas exarasse, id est, literas quocumque tandem modo confecisse. TYPIS: DESCRIPTOS ) formas aeneas Latine vocant quidam, dicuntq; libros non solum excudi, imprimi, quae plebeia sunt, sed etiam formis excudi, formis aeneis describi. Non excusos appellant & manu scriptos, & calamo exaratos, seu descriptos. NVNC DA) Dare pro dicere, accipere pro audire, invenias apud auctores probatos. Virg. eclog. 1. Sed tamen iste Deus qui sit da Tyre nobis. Aeneid. 2. Accipe nunc Danaum insidias. A D ANGVLOS RECTOS ) angulorum quidam sunt recti, quidam obliqui, de quibus mathematici. In angulo fieri dicitur, quod clam aliis, quod occultè sit, non multis conficiis. Cic. 1. de Orat. In angulis consumendi orij causâ differere. Disputer en vn coing. Agere quippiam in angulo, faire quelque chose en cachette. Contrarium illud CHRISII: predicare super recta, id est, palâ & publicè. MEDIO TVTISSIMVS IBIS ) Videtur allusum ad fabulam de violatu Icari, què de medio tenendo diligenter admonuit pater, causâsq; adiunxit. Metamorpho. lib. 8. Commendatur multiû à Pythagora & Phocylide in carminibus. FESTINA LENTE) Auance toy bellement, ou à loisir. Narremus lepidam historiâ qua doceamur moderate festinâdum esse. Auriga viatorè ante urbem Parisios, locorum imperitus, interrogabat, ecquid ante noctè eo peruenturus esset. Respondit ille. Etiâ, peruenies, si mediocriter equos agas. Sin autem properes, non peruenies. Auriga viatorem ratus ebrium, qui ita loqueretur, flagello cœpit diuerberare iumenta, & ita curri. m

scrum aritare, ut rota una frangeretur: in cuius locum dum è vicino aliam coemptam affert, urbem, quo seudebat, clausam reperit. NESCIS QUID VESTER) Inscriptio est cuiusdam Satyra apud Varronem. Simile nescis quid supernentura pariat dies. FRONDIVM IN SYLVIS,) E variis exemplis numeri, ut ita dicam, innumeri atque infiniti, quæ sunt apud poetas, per similitudines & comparationes, ediscant hæc tria pueri. Virgil. 7. Aneid.

Quàm multi Libyco voluntur marmore fluctus,  
Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis:  
Vel cum sole nouo densæ torrentur arista,  
Aut Hermi campo, aut Lycia flauentibus aruis,

Ouid. 11. Metamorph.

Somnia vana iacent totidem quot messis aristas,  
Sylua gerit frondes, eiecat litus arenas.

Idem lib. 4. Trist.

Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,  
Quotque soporiferum grana papauer habet,  
Sylua feras quot alit, quot piscibus vnda natatur,  
Et tenerum pennis aëra pulsat auis.

## PROGYMNASMA

### SEXTVM.

#### Orthographia.

SEPTIMIVS, ANSELMVS.

**S**PTIMIVS. Si tibi faciendum videtur, Anselme, conferamus inter nos, quæ ante Meridiem à Magistro de Orthographia accepimus. A. Ordire, ego cæpta persequar. S. Tu maior, & plura tenens memoria. Si quid effluerit iam tibi, fortassis id mihi occurreret, cum repente subiiciam. A. Affirmabat igitur, il-



lam se statuere orthographiam probatissimam  
 præcipue complectendam, quæ constaret perbene  
 formatis literarum figuris, quæ haberet versus ad-  
 amissim extensos, minimeque velut à recto trami-  
 te vsquam deflectentes. S. In hisce duobus ipsemet  
 magno nobis exemplo est: quis enim eo pingit ve-  
 nustiùs? quis tam recta linea? Verùm hæc potius  
 ornamenta sunt quædam Orthographiæ, quæ ne  
 doctis quidem singulis contingunt, nec illi magno-  
 perè inflammato eorundem studio rapiuntur. A.  
 Sic est, vt ais. Attamen cum ornamenta hæc ame-  
 mus & admiremur in aliis, quod est quòd ipsi non  
 confectamur? S. Quod erat tertium? A. Quod? scire  
 quæ cum Latinæ ac Romanæ, tum Græcæ, hoc est,  
 è fontibus Græcorum in Latinitatem deriuatæ,  
 transfusæq; voces ( quarum innumerabilis est mul-  
 titudo) diphthongo; quæ vocali, & quanam scribe-  
 rentur; quibus consonantibus vbi addendum aspi-  
 rationis indicium. Quid sequebatur? S. De tonis &  
 accentibus nescio quid. A. Iam recordor. Nosse  
 etiam quo tono acuto, graui, inflexo vbi vtendum.  
 Adhæc de interpunctionibus, quæ videlicet nota  
 hypodiasoles diiungendâ, quæ per  $\upsilon\phi'$   $\epsilon\psi$  coniun-  
 genda, quando demum syllaba porrecta, super se  
 pusilla linea insigniendâ, quando semilunula infe-  
 riore ad breuitatem indicandâ, quando comma,  
 quando puncta, quando bina puncta, seu colon;  
 quando interrogationis signum, quando parenthe-  
 seos nota adhibenda. S. Dicebat in Orthographia  
 locum esse non deriuationibus duntaxat, notatio-  
 nibus siue etymologiis, originibus, sed consuetudi-  
 ni etiam; videndumque quid solerent eruditi: qui si  
 discreparent, & alij hoc, alij alio modo verbû idem  
 scri

scriptitarent, plurimum valere oportere iudicium. A. In reprehensionem denique vocabat eos, qui cum peruicacia manuscriptis Codicibus, saxi ac numismatis vetustis adhererent; quoniam illi sculptores, scalptores, monetarij sæpius illiteratissimi fuissent. Locutos quidem Latine, vti nos omnes patria lingua Teutonice loquimur, non tamen idcirco scisse Grammaticam; & ita falsò putari mysterium atque auctoritatem grauissimam, quæ esset alicuius idiotæ opificis mera inscitia. S. His addebat inspiciendos crebrò decoris typis in typographio descriptos libros, illòsque imitandos. A. Vltimum proponebat hoc præceptum. Non solum formas literarum decoras studiosè contemplari, sed astare etiam scriptoribus librariis, & ductus atque tractus quàm diligentissimè obseruatos intimis sensibus mandare. Hoc quale esset, similitudine ante oculos ponebat. Vt enim viua vox magis nos afficit quàm lecta in libris & muta; sic ipsa manus scriptoris multò vehementiùs imprimit in animo ideam elementi: seu potiùs rationem ipsius conformandi, quàm ipsum solum iam in charta absolutum, & relictum elementum. S. Hæc ferè auditimus hodie: cras & deinceps reliqua expectemus. A. Non omittendum illud præterea consilium quod dabat. Vt orthographicos libellos Aldi Manutij, Pauli. F. aliorumque voluerimus. S. Diu est cum hoc factito.

---

N O T A E.

**C**ONFERAMVS INTER NOS) Hoc modo loquendi utamur pro. repetere, quod tamen non eicimus, quia nimis tritum & scholasticum est. Cicerv. i. de fini-

bus. Quotidièque inter nos ea, quæ audiebamus, conferē-  
 bamus: neque erat unquam cōtrouersia, quid ego intel-  
 ligerem, sed quid probarem. Neque aliud vult illis ver-  
 bis i. de Orat. Neque vero nobis cupientibus atque exo-  
 ptantibus fructus otij datus est ad eas artes, quibus à  
 pueris dediti fuimus, celebrandas, inter nosque recolē-  
 das. Pro quibus ita quispiam Latinitatis indoctus, &  
 perfectè barbarus. Nunquam potuimus habere tempus,  
 ut repeteremus, quæ in pueritia audiuimus. **QUÆ  
 CONSTARET PERBENE**) Nihil impedit,  
 quo minus etiam ad hæc significanda Orthographia  
 vocabulum pertineat. In qua mihi displicet interdum  
 nimia quorundam diligentia: quamuis eam ratiunculis  
 defendere possint. Sed quàm multa alia possemus defen-  
 dere in Græcis Latinisque literis, si diurnæ consuetu-  
 dini repugnare velimus? **DE TONIS ET AC-  
 CENTIBUS**) Quos Græci τόνος & ὑποσώδιος  
 vocant, Latini tenores, vocationem, notas vocum,  
 moderamenta, accentuunculas, festigia, acumina. Lege  
 Emmanuelem Aluarum lib. 3. ad finem, ubi de tonis  
 ex Quintiliano, Gellio, Diomede disputatur. **OR-  
 THOGRAPHICOS LIBELLOS**) Vitale con-  
 silium: sed multo utilius Varronem, Nonium & alios  
 legisse, qui de lingua Latina commentarios fecerunt, e  
 quibus & origines, & significationes, & differentia vo-  
 cum, ubi cognita fuerint, non difficile scietur quomodo  
 etiam, quibus vocalibus, diphthongis & conso-  
 nantibus scribenda sint. Multum verò ad  
 hoc ipsum conducit lingua Græca, non  
 perfectæ quidem (ne terreamus  
 pigros) sed mediocris ta-  
 men scientia.

\* \* \*

PROGYMNASMA  
SEPTIMUM.

12

*Seruus in ludum aduentus.*

MAGISTER, DISCIPVLVS.



MAGISTER. Quousque tandem hoc festiuissimum lepidissimumque frustum discipuli ad me audiendum, multo iam die, vltimum omnium ventitabit?

*Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo  
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.*

inquit apud Martialem glis. Eho, aspice ad me, somni mancipium. Videte vt illi turgent oculi, vt soporis adhuc pleni sunt. Implexum est caput, illota facies, non apparet circa collum intima tunica, pendet indecore in sinistrum latus pallium. Quid est quod stata hora nunquam expergisceris? auscultate, vt opplebit aures meas vaniloquentia. D. Credas mihi affirmanti, tam matutinus hic adessem, quam istorum vllus, si quispiam domesticorum e somno me vellet excitare. M. Eia verò, lauda te aliquantulum. Quid tu ais: non te ad quintam, serò vtique, capit dormiendi satietas: vt e lecto allubescat surgere, explicata relegere, ediscenda ediscere, quò paratior scholam intres? D. Enimverò non possum profectò vltro expergisci. M. Nullus ergo domi tuæ seruus, nulla ancilla, quæ te stertentem excitet? D. Sunt famuli, sunt ancillæ: at enim ne ipsi quidem primo diluculo suos lectulos deserunt, somnoque, vt nos pueri, æquè pascuntur. M. Vah, ista ra-

tio ponderosa est. Parentes autem qui tandem hoc patiuntur? D. Nescio, conuiuent. M. Ausim spon-  
 sionem facere, ni tu ab illis excitere. Sed illa ipsissi-  
 ma causa est: è strato, vbi concaluerit, inuitissime te  
 moues, nunc potissimum summa hyeme, ne conglaci-  
 es. D. Ama me, illa verissima causa est quam ex-  
 posui, nec alia. Proinde iram tuam mollire velis, &  
 animum in me quietiorem accipere. M. Tu igitur  
 (infandum) ex tanta discipulorum frequentia re-  
 pertus es vnicus, qui neque per te euigiles, neque  
 per alium. Quàm timeo ne mihi verba des. D. Non  
 te circumuenio. M. Dedam alicui negotium, qui  
 domi quærat<sup>1</sup> num ita sit, vt tu te narraſti modò. Si  
 mentitum deprehendero, neque fidem in posterum  
 dictis tuis tribuam, & pro fallacia ista meritam tibi  
 mercedem dabo. Iam ne hoc tenes? D. Oppidò.  
 Fortassis non fatebuntur illi culpam suam. M. Im-  
 mò fortassis fatebuntur culpam tuam, & dicent te  
 ab ancilla clarè in clamatum nihil consuèſſe respon-  
 dere; similiter ac si etiam tum arcè, & grauitè dor-  
 mires. Quòd si iteratò clamet & minetur, te nonni-  
 hil surrigere caput, & stridulo gutture quidpiam  
 murmurare, velut porta in cardine, rursumque su-  
 per puluinum illud demittere, ac placidè, vt antea,  
 sopori indulgere: & hanc esse vigilantiam tuam, yi-  
 derique aut peracutis sudibus te fodiendum, aut  
 faces tibi admouendas. D. Quòd libido eorum fe-  
 ret comminiscantur: ipsi tamen gallos canentes ni-  
 hil morantur; non surgunt. M. Tu verò ne post cre-  
 bram quidem ancillarum vociferationem potes  
 somnum excutere, ô pigerrime homuncio. Sed nunc  
 intempestiuè de somnolentia tua longo sermone  
 vtimur, diemque conficimus. Cognoscam de do-  
 mesticis

mesticis tuis. Si fueris verax, rem tuam feceris meliusculam, sin erit, vt vanitatis in te culpā admiseris, tu ipse clamore tuo omnes Endymionas vigilantissimos præstabis. Assequeris, puto, quorsum hæc spectet comminatio. D. Admodum, Præceptor.

## NOTÆ.

**A**PVD MARTIALEM GLIS) Non est glis muris illud genus venenatum, quod Galli, Vn Rat volage, sed aliud plane, de quo hunc in modum Plinius lib. 8. c. 57. Sorices & ipsos hyeme condit, auctor est Nigidius, sicut glires, quos cæsaria leges, princepsque M. Scaurus in consulatu, non alio modo cœnis ademere, quam conchyliis, aut ex alio orbe conuectas aues. Semiferum & ipsum animal, cui viuaria in doliis idem qui apris instituit. Qua in re notatum, non congregari nisi populares eiusdem syluæ: & si misceantur alienigenæ, amne vel monte discreti, interire dimicando. Genitores suos fessos senectâ alunt, insigni pietate. Senium finitur hyberna quiete, conditi enim & hi cubant: rursum æstate iuuenescunt, simili & mustelis quiete. SOMNI MAN-  
**TIPIVM**) dicere possis Gallicè, grand dormard, aut alia quapiam voce lepiâ, in qua insit somni significatio. OPPLEBIT AVRES MEAS VANILOQUENTIA) Il me rompra la teste, ou remplira les oreilles de son inutil & vain babil. EIA VERO) Or sus. SVS LECTVLOS DESERVNT) Ils fortêt fort mal volontiers de leur nid. CONNIVENT) Ils regardent à trauers les doigts. AVSIM SPONSIONEM FACERE) J'en oferois gager, le ferois gageure. SVMMA HYEMIS) Au milieu de l'hyuer. A MA ME) quasi aânerbium, Reuera. Croy moy en cela, il n'est pas autre-

ment. INFANDVM) *de hoc & similibus alicubi in annot. i. volu. nisi erro.* MERITAM TIBI MERCEDEM DABO) Je te récompenseray selon que tu l'as mérité. QVOD LIBIDO EORVM FERET, COMMINSANTVR) Ils peuvēt à leur plaisir desordoné controuuer sur moy ce qu'ils veulent. GALLOS CANTANTES NIHIL MORANTVR) Ils se fouciēt autāt du chant du coq, comme l'asne de la pluye. ADMODVM) Fort bien, ouy certes, sans doute.

17

PROGYMNASMA  
OCTAVVM.

*Petitio lusus.*

PHILIPPVS, MAGISTER,  
PVERORVM TYREÆ.



PHILIPPVS. Memoriter memini, Præceptor, dixisse te aliquando nobis, necessariam esse in rebus vicissitudinem, nec durare posse, quod alterna requie careat. M. Quid tum postea? quam ob causam tu id mihi nunc subiicis? P. Haud sanè inconsultò, ac temerè tuam usurpavi sententiam. M. Ergo cur usurpas? Dic. P. Quoniam res quædam est, quam me à benignitate tua impetratam auferre volo. M. Memora puer. P. Si molestè non es laturus. M. Nisi tu iniustum quid à me petas indignè non feram, quidquid petueris. Nam vt iusta ab iniustis petere insipientia est; sic iniusta à iustis impetrari non decet. P. Ne tibi lubeant sinistram suspicari. Iustè ab iustis iustus sum orator datus, & aduenio omnibus lubentibus, vt  
quod

quod in rem nostram communem sit, hoc à tua lenitate obtineam. M. Eloquere, quid est quod obtinere gestis? P. Paulum est. M. Quin tu vno verbo dic, quid est? P. Iam dies effluxere complures, ex quo libris semper affixi fuimus. M. Trabalibus clavis opinor. Subolet quorsum euasurus sis. Bene habent tibi principia. Pertexe telam, sed apte, vt ne còpellam te retexere. P. Et exercitationibus auditionum, scriptionum, recitationum, concertationum pene exhausti sumus. M. Itáne verò? Exhausti? ó me in discipulos atrocem, ó crudelem. P. Nec vnquam nobis vel ad momentum respirare, virésque fessas reparare datum est. M. Vt res suas exaggerat? quodq; contritum est vetustate prouerbiu: Ex musca elephantum. P. Quare vehementer etiam atque etiam te rogamus, Præceptor noster, pomeridianis horis ad huius remissionemque animi descendere tuo concessu licitum sit. M. Æquissimum postulas. Verum ego his conditionibus hanc potestatem largior. Vt absque tumultu ludatis, néve quis alteri turbas eiere infistat. Vt ante quintam ad libellos redeatis. Vt deinceps manibus pedibúsque, cù hasta cum scuto, quod aiunt, ad vestra studia incumbatis. P. Iustæ conditiones: accipimus, vt pro tota schola respondeam. M. Capesse cursum, condiscipulos affice tam bono nuncio. P. Gratias magnas, ingentes tibi agimus, humanissime atque optime Præceptor. Heus, heus pueri. P. v. Nunquid nam apportas noui? frontem exporrexisti, hoc omen placet. P. Oneratú lætitia pectus apporto. Ego vester hodie orator & exorator fui apud Magistrum. P. v. In quo? P. In ludendi venia. P. v. Voluptatem magnam nuntias. Habemus ergo rem factam? P. Factam. P. v. Bene factum,



& volup' est DEVS te bene amet. Ludemus igitur?  
 P. Nisi mauultis inhæreere libris. Pv. Valeant libri.  
 Ludamus focij, euge ludamus. P. Silete, non permit-  
 tit gratis ludere. Pv. Qua mercede? P. Vt absque in-  
 conditis clamoribus, absque strepitu, crepitu, fre-  
 mitu; sic enim interpretor quod dicebat de tumultu,  
 & iurgio vitandis. Pv. Fiet. P. Vt ante quintam  
 ad libros nos recipiamus. Pv. Fiet. P. Vt deinceps  
 neruis omnibus discamus. Pv. Hic melius est re-  
 spondere, fiat, quàm fiet; optare, quàm promittere.

---

 NOTÆ.

**M**EMORITER MEMINI) *Pay fraiche memoire.*  
**Q**UID TVM POSTEA) *Qu'en est-il pour cela?*  
**M**OLESTE NON EST LATVRVS) *Idem sunt moleste, egrè, indignè, grauiter ferre, pati, sustinere.*  
**S**EMPER AFFIXI) *Affixus pro addicto, & vehementer inherenti. Cic. ad Lentulum. Quibus in rebus me ille sibi affixū habebit. Ad Q. F. Deut etiā alteram epistolam illā mihi, qua iubet eum mihi esse affixum, De Vniuersit. Ea maximè animis nostris affigi dicebat, qua essent à sensu iradida atque impressa.*  
**T**RABALIBVS CLAVIS) *le hoc, vt etiam de sequenti, pertexe telam, repete qua annot. volu. i. dicta sunt.*  
**E**X MVSCA ELEPHANTVM) *In eos qui res paruas, viles, exiguas verbis extollunt, & supra fidem amplificant. Vnde adagia.*  
**T**VRBAS CIERE) *& multitudinem hominum, & commotionē, perturbationem, vim, seditionēque significat hæc vox. Inquietude, fascherie, alarme, bruit, Teren. Eun. Cum inde ab eo, iam tum inceperat turba inter eos. Cicer. libr. 7. epist. Exponerem etiam, quemadmodum hic, & quanta in turba, viueremus. Hinc illa*

illa loquendi genera apud Tullium, turbas commouere, efficere. Apud Plautum, turbare turbas (Atticisimus videlicet est) & turbas, turbellus dare, ciere. Faire vn bruit, dōner des alarmes. MANIBVS PEDIBVSQVE) Et Germani summum conatum, perfectaque diligentia manus ita exprimunt, Galli, De queuē & de teste: Graci, χερσὶν τε ποσὶν τε. HOC OMEN PLACET) Omen est presagium quoddam & significatio rei cuiuspiam future, dicimusque bonum malū, dextrum sinistrum, latum triste omen capere. Quod Deus omen auertat, obruat, Que Dieu ne vueille, que Dieu nous en gard. His namque verbis aduersos casus a nobis deprecamur. ORATOR ET EXORATOR) Donat. Orator est, dum agit: exorator cum impetrauerit. Aliud dicentis, hoc affectiuiam significationem habet. Idem. Orare est placidos petere: obsecrare, iratos rogare. Obsecrans plus facit quam orans: plus orans quam rogans. ET VOLUP' EST) Volupe idem est, quod voluptuosum, iucundum, vel delectabile. Terent. Phorm. Venire saluum volup' est. Plaut. Asin. Hic senex, si quid clam uxorem suo animo fecit volup. Milite. Te Palastrio volupe est conuenisse.

PROGYMNASMA  
NONVM.

39

Explicationum repetendarum ratio.

VRBANVS, THEOPHILVS.



VRBANVS. Repestine hesternam explicationem epistola Ciceronis: T. Non-dum. V. Quid egisti? T. Occupatus fui in aliis. V. In quibus. T. In præceptis Gram

Grammaticæ ediscendis. V. Vtrumque faciendum fuit. T. Si socio non caruiffem, hoc quoque forfitan præstitiffem. V. Vis tecum repetam? T. Nihil malo. V. Principio reuocabo tibi in mentem ipsum argumentum epistolæ verbis Gallicis: tu si diffidis memoriæ, poteris in chartaceum libellum referre. T. Nullo negotio retinebo, si iterum audiero: nec enim est ita longum. V. Postea Ciceronem exponam, verbum verbo, sequens constructionis ordinem, mox sententiam sententia, vt Præceptor solet. T. Et vt nos vult sese imitantes facere in repetendo, V. Postremò themata indicabo cum accidentibus, & syntaxes quasdam faciliores. T. Obstringes me non vulgari beneficio. Secedamus in locum solitarium, ne quis hinc nostra dicta arbitretur.

---

N O T A E.

**H**ESTERNAM EXPLICATIONEM) Non ita sentio, vocabula in scholis trita exploranda esse, & abdicanda penitus, cum de rebus scholasticis ac literariis sermo est. Tamen ego idem sentio, permixta sæpe non incommodè melioribus dici, magisque Latinis posse. Cum igitur semper in ore puerorum sit, audire lectionem, interesse lectioni, repetere lectionem, an capitis periculum adibit, qui dixerit, audire, absoluit, dare operam docenti, explicata, seu explicationes, explanationes, interpretationes iterare animo, secum ræuoluere, cum aliis conferre? **OBSTRINGES ME NON VULGARI BENEFICIO**) Vt in promptu sint locutiones huius generis, adducam aliquot. Beneficio aliquem deuincere, obligare. Quempiam beneficiis ornare, augere, afficere. Apud aliquem beneficia ponere, collocare. In aliquem beneficia conferre. Aliqui beneficia trahere.

buere .NOSTRA DICTA ARBITRARETVR)  
*Plant. Capt.*

Secede huc nunc iam, si videtur procul,

Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.

*Idem est. Ne vlli praesentes possint audire qua loque-  
 mur. Arbitrari, id est, spectare, auribus excipere, oculis  
 cernere.*

## PROGYMNASMA

42

### DECIMUM.

*Amissus, & promissus liber.*

*VDALRICVS, OTHO.*

**V**DALRICVS. Quid vult hic fletus? O.  
 Amisi librum. V. Quem? O. Emmanue-  
 lis Grammaticam. V. In scholane? O.  
 In schola, mi Vdalrice. V. Quo tempo-  
 re? O. Hoc ipso die, ante prandium. Cum enim da-  
 to signo discedendum esset domum, egoque libel-  
 los meos colligerem, hunc non inueni. V. Quae-  
 uistine apud vicinos? O. Ac diligentissime. Respon-  
 dent omnes, se esse extra noxiam; nec habere, nec  
 scire quis habeat. V. Non tu illico ad Praeceptorem?  
 O. Immò: sed iussit vt se appellarem deuo post me-  
 ridiem. V. Appella. O. Despero me recuperaturum.  
 V. Aliàs alij suos amiserunt. O. Sic est? V. Non-  
 ne recuperarunt? O. Quidam, non omnes. Et hi,  
 quòd rem suam malè custodissent, aut in ludo à Do-  
 ctore, aut domi à parentibus vapularunt liberaliter.  
 Quod si hodie librum meum non recepero, certio-  
 res faciam ipsos oportet, vt pro hoc malo mihi det  
 malum. V. Iuocabo te in quæritando Emmanuele

tuo

tuo, Si non inueneris, est mihi aliquanto tritius hoc ipso exemplar eiusdem, id dabo tibi proprium, O, Si non simulatè promittis, porrige dexteram. V. En. O. Offudisti aquam: rediit animus, & cura omnis ex corde excessit. V. Lætus sum, quòd te tranquillauit. Væ illi, qui se huius furti astrinxit: nam & librum minimè retinebit, & vberius quàm tu plorabit. O. Furem hunc mihi dari in conspectum gestio: coram in os laudatè ipsum, & capillo conscinderem.

---

NOTÆ.

**I**MMO) Hardiment. Vt se appellarem) Que hic luy appellasse, SIMVLATE) Par mocquerie, non de bon cœur. *Contrarium, ex animo. Seruus. Dissimulamus nota, simulamus ignota. Dissimulamus quod sumus, simulamus quod non sumus. Vi Sallust. cuiuslibet rei simulator & dissimulator, de Catilina. PORRIGÈ DEXTERAM) Tends moy la main. OFFVDISTI AQVAM) Ab us, quibus id sit reuocandi spiritus causa, cum linquuntur animo. Perlepide Plaut. Trinum, in querela Charmide, qui è seruo filium decoxisse intellexerat.*

CH. Adimit animam mihi agridudo Stasime, tene me.

ST. Visne aquam

Tibi petam? CH. Res cum animam agebat, tum esse offusam oportuit.

**CORAM IN OS LAVDAREM) Ironicè, verborum contumelia lacerarem hominem. Os ad malè audientum prabere. Cic. ad Att. lib. I. Vno ore, id est, vno consensu. Exire, excidore ex ore quippiam. CAPILLO CONSCINDEREM) T'en parlerois à luy en sa presen- ce, & luy leuerois le bonnet.**

PRO

PROGYMNASMA  
VNDECIMVM.

43

*Auxilium, & consilium.*

EDMVNDVS, GALLVS.



DMVNDVS. Tantum sudoris & laboris indipiscor in hac epistola componenda quantū ad hunc diem in alia nulla. G. Qui fit? E. Iliade longior est: hoc primum. Secundo loco plurimę insunt voces, quas in Germanico colatino Calepino cogor querere, vt *Gauckler*, *Batteleur*, *ioiieur de farces*, *Ferberstangen*, *vine perche de teincturier*, *Muscaiblu*, *maigre*. Pręterea scattet modis loquendi, & prouerbiis difficillimis, nisi velim Germanismos inserere: vt, *Die Leuth zur Banck hauwen*. Decouper les hommes sur les bacs. Et: *Man soll die Lausz nit an Beltz setzen*, à vn poul ne faut point de pellice. Item: *Ich bin nit dein Narr*. Je ne suis pas tō bouffon: ac similibus. Quis me non exsibilet, si dixerō, non oportet pediculos ponere in pelliceo: non sum tuus stultus? Primū illud ne Germanismo quidem exprimi potest. G. Coniicio significari eo genere loquendi, detrahēre de fama aliorū: sumpta videlicet metaphora, seu ducta allegoria à laniis, qui carnes quas fecerunt iugulatis excoriatisque animalibus, in frustra secant bipennis, & in officinis (*In der Flei schbanck auff dem Laden*, Sur les bancs de la boucherie) venales proponunt. Sic obtrectatores, & alienę famę carnifices occidunt quodammodo homines, eosque vt carnes audientibus vędunt, apud quos nēpe eos in summū

contemptum adducunt, & planè despicabiles reddunt. Hoc ergo si ita est ( vt equidem esse puto ) ecquid animaduertis quanta energia, quanta significatio sit in hac formula loquendi Germanica? E. Animaduerto, tuamque interpretationem amplector, Verùm quid das consilij? G. Quando in loco impeditos incidis, Magistrum ora, vt te expediat: sic enim iussit nos facere, egoque id non omitto. Nuper cum nescirem quid esset Latinè, *Buttermilch*, Craisme de lait, & *Ovassernudel*. Item quibus verbis dicerem: *Erueysz vvol vnie es cinem Schalk umbs Hertz ist: Vn meschant sçait ce qu'vn autre meschant pensei vtrumque ex eo cognoui. E. Imitabor te posita verrecundia, quæ me hucúsque absterruit.*

---

NOTÆ.

**A**VXILIVM ) Subsidiũ quod subest deficientibus, Præsidium imponitur: Auxiliũ repentinum est. Ita subsidiũ ad secundos casus preparatur. Præsidium ad custodiam collocatur. Auxiliũ, vt profu, in sperariõ venit. Cornel. Front. ILIADE LONGIOR ) Iliadem & Odyssæam duo nobilissima, & sanè longissima poemata Homerus condidit, quorum illo res Græcorum ad Ilium, siue Troiam gestas; hoc Ulyssis reditum in patriam descripsit. Virgilius, quem Latinum Homerum docti appellant, duodecim libris similitudinem quandam vtriusque voluminis Homericæ complexus est. Quod si pronebiũ ita efferatur, Prolixius Iliade, seu vt Pollux habet, μακρότερα τῆς Ἰλιάδος & λαλῶν, tum in garrulos valebit. Quanquam & priore modo id significauerit. Deinceps aliud à me nihil desiderari video, nisi vt qua in hoc progymnasmate insunt Germanica, & Latinè interpreter, tametsi ad Græca quoque confugiendum

fugiendum erit. Gauckler) *Præstigiator, funambulus, schenobates, neurospaster, necromanticus, magus, Vn iouieur de farces, vn basteleur, Ferberstangen*) vne perche de teinturier, *Inficere est, Ferben, Teindre, Infector, Ein Ferber.* Vn teinturier, quem barbari *inficetorem.* *Pertica, vestis, Ein stang, ein Rigel, vn leuier vn pau pour remuer fardeaux. Dicamas ergo perticam infectoriam, seu vectem fullionum, vt alij. Muscatblue) Macer.* Maigre, *Man soll die Leufz nis an Beltz setzen*) Il ne faut point mettre de poulx à la pelli-  
 ce. *Simile apud nostrates, Man soll den Teufel nicht an die Vvand mahlen, erkompft sonst vvs.* Il ne faut point peindre le diable à la muraille. *Latinum prouerbiū satis idoneū mihi nullum adhuc in mentem venit. Satis est hoc nosse illo Germanico moneri nos fugiendas occasiones incommodorum. Ich bin nicht dein Narr*) Je ne suis pas ton fol. *Non omnibus dormio. Non omnibus seruis. Ich lasz mir nicht Siro in Bart stechten.* Je ne me laisse point prendre de la paille à ma bar-  
 be. *Buttermilch*) Cresse du laiët, *serum lactis, vnde butyrum expressum est. Lac serosum, lac agitatum. Vvassernudel*) *A πέντω coquo sit pemma, quo nomine speciatim quoddam placenta genus intelligitur, seu delicatiora pistorum opera, vt sunt placenta. Quoniam igitur, Nudel, in placentis sunt, adiunge v̄d̄ap, & dic hydropemmata. Er vvensz vvol vvie es einem Schalck vmb̄s Hertz ist*) Il scait bien quel cœur a vn meschant.

*Fur cognoscit furem, &  
 lupus lupum.*

\*\*\*



PROGYMNASMA  
DVODECIMVM.

*Charta in membranam confuta.*

CHRISTOPHORVS, HVGGO.



CHRISTOPHORVS. Mi Hugo, est quod abs te petam. H. Pete audacter. C. Insue mihi in membranam hæc chartas puras. H. Ipsemet insueres. C. Expers sum huius artificij: atque vt id credas, inspice hunc librum, quam sit inconcinne distorteque confutus. H. Nec me Bibliopegus erudiuit. C. Attamen, quasi eruditus, eleganter id facis. H. Si cui optime placet, ei optime facio. Complicastine iam chartas tuas? C. Maxime, istæ sunt. H. Da filum, acum, membranam. C. Cape omnia. H. Filum oportet ceratum esse, vt opus euadat diuturnius. C. Heus pueri, quis secum affert ceram? H. In meo sacco quæram. Aliquid certe reperio, ceram candidam, commodissima est huic rei: nuper mihi hoc frustillum donauit ædituus ad tales vsus. Tu porro attentus aspice me sumentem, & artem disce, quò posthac aliena opera ne indigeas. C. Aspicio intentis oculis. H. Ecce quemadmodum chartam chartæ arctius coniungo, vt spatium inter illas nullum intercedat. C. Video. H. Item quemadmodum supra & infra sunt æquales inter se, nulla promittet. C. Aptè, artificiosè. H. Nec foris in tergo fila superiora inferioribus longiora visuntur: nec primum à secundo maiore interuallo distat, quàm secundum à tertio, tertium à quarto. C. Peritè. H. Nodi parui, & intus omnes. C. Sanè. H. Nunc

H. Nunc tu cultellum accipe sis, partésque chartarum superiores cautè sciindendo aperi. C. Pro ista opera referetur gratia tibi, mi Hugo. H. Satis gratiarum retuleris, si me amaueris, & maiore quadam cura & alacritate quam hucusque didiceris. C. Vtrumque præstaturum tibi recipio.

## NOTÆ.

**E**ST QVOD ABS TE PETAM) *Paurois* quelque chose à te demander, *Poscere est secundum Varro- nem quoties aliquid pro merito nostro deposcimus: Petere verò, cum aliquid humiliter & precibus postulamus.* Seruius: MEMBRANAM) *Non solum de chartis pergamenis, verum etiam de pelliculis dicitur, Cic. de Nat. Deor. Natura oculos membranis tenuissimis vestiuit. Membrana ligni, intimus ac tenuissimus cortex proxime ligno adhaerens. Diminutiuum, membranula. MEMBRANACEVM) membranaceum, quod è mēbrana factū est, seu membrane similitudinem habet. CERAM CANDIDAM) Fusco album opponitur, nigro candidum. Album natura: candidum cura fit. Cornel. Fronto.*

PROGYMNASMA  
DECIMVM TERTIVM.

54

*Litigium.*

PAEDAGOGVS; BLAESVS,  
CVLTIVS; alumni.



PAEDAGOGVS. Germanus tuus, Blæsule; in discendo est impiger, citoque arripit omnia, tu autem lentè admodum, & ambulas gradu testudineo. B. Quid ergo

tam crebò obtumescit, cùm te interrogante respondendum est? P. Audin' Curtiole? C. Stimulat fratrem meum inuidia, ferre neutiquam potest, cùm abs te laudor. B. Egone gloriolas tuas tibi inuideo? scilicet laudatissimus homulus es, præsertim cùm manè surgendum. Ibi apparet generosum pectus tuum: nam ad lectulum quasi clavis affixus adhærescis. C. Tibi, obtreçtator, hoc visum est; nã ego vocatus soleo me cubili porripere. P. Amborum vna culpa. Mea hoc facit indulgentia: sed aliquando malis mala euenient. B. Nihilò sum te inferior. C. Quid erit impudenter loqui, si hoc non est: nondum declinationes deuorasti. B. Pridem concoxi. Hebdomade antegressa exarabatur tibi corium: quòd vocabulum iusiurandum, in casus malè inflectebas. B. Et tu ex vno errato colligis inflectiones me nescire? C. Si examinereris, vtique peccares in plurimis. P. Ne superbi, Blasule; dabo enim potestatem Curtiolo te excutiendi, & introspicendi penitissimè. B. Habet nihilominus in schola complusculos, quibus palmam cedit. C. At tu interea manes indoctior, quamuis me alij doctiores sint, vt sunt: ceterùm vix tres quatuorve ex omni copia. B. Si tam crebris donarer munusculis vt tu, forsitan alacrius discerem. C. Imò tum acciperes, si alacrius disceres. Non ante, sed post laborem veniunt præmia, si iustè veniunt. B. Abi argutule, consequar te, tametsi nolis. C. Si ego te cursuram incipiente confisterem, tum me non exæquares modò, sed etiam anteuerteres. Hoc tu, si speras; despera. P. Satis verborum. Vterque contendat neruos: sic parentibus, mihi, cognatis futuri quàm charissimi.

## NOTÆ.

GRADV TESTITVDINEO) *Id est tardissimo, quid enim tardius testudine? unde & à veteri poeta dicitur tardigrada. Est item vocabulum machinæ bellicæ, de qua dicemus volumine tertio in dialogis militaribus: Vn instrument de guerre pour forcer vne muraille de ville: Germani vocant Ein Mauuerbrecher. Item in edificijs opus cameratum, seu camera, vt in templis & palatijs. Est instrumentum musicum, vn Luch.* INVIDIA) *Hoc verbum ambiguum est, & tam in eum conuenit, cui inuidetur, quàm in eum, qui inuidet. Vnde aliquem dicere solemus laborare magna inuidia, & aliquid esse inuidiosum. Sed Ciceronem audiamus Tusc. 3. Etenim si sapiens in aegritudinem incideret, posset etiam in misericordiam, posset in inuidentiam: non dixi in inuidiam, qua tum est cum inuidetur. Ab inuidendo autem inuidentia rectè dici potest, et effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum dictum est à nimis intueno fortunam alterius. Rursum Tusc. 4. Sed singulis perturbationibus partes eiusdem generis plures subsiciuntur: vt aegritudini inuidentia ( vtendum est enim docendi causa verbo minus vsitato: quoniam inuidia non in eo qui inuidet, solum dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur. Vides igitur Tullium fugere verbum, inuidia, quoniam agendi & patiendi notionem habet. Quid autem est inuidentia? ipsemet definit paulo post in hunc modum. Est aegritudo suscepta propter alterius res secundas, qua nihil noceant inuidenti. Nam si quis doleat eius rebus secundis, à quo ipse ledatur, non rectè dicitur inuidere, vt si Hectori Agamemnon. TIBI HOC VITIUM EST) Tu es malade de ce mal, tu es frappé du mesme coing. MALIS MALA EVENIENT) Malum*

*malo medicari. Mal sur mal n'est pas guerison. ARGVTVLE) Argutus, cault, fin, subtil. Litera argutissima, libri argutuli. Argutia acutè & subtiliter dicta.*

PROGYMNASMA  
DECIMUMQVARTVM.

*Hora producta.*

*PATROPHILVS, ZACHÆVS.*

**P**ATROPHILVS. Hæc hora tam longa est, vt si dimidiatus sit dies. Z. Mihi penè annus videtur. P. Retraxit à cursu is, qui horologium moderatur. Z. Non adest suspicio. Egisset hoc bonus vir antequam scholas ingrederemur. At ille perpetuò post meridiè errorem horologij sui, vel suam potius incuriã ista hora corrigit, ponderaq; sursum reuocat: quo in dies singulos ferme ad dimidiũ horæ, tempus nobis prorogetur, cum alioqui totas quinque hic sessitemus. P. Vbinam igitur hanc iniustitiam deplo- rabimus? apud quem de ista iniuria querimoniã habebimus? Z. Censeo apud Præceptorem. Verùm cum ipsemet non ignoret tempus extendi, & tam leni animo id patiatur, videtur velle nos vltra de- finitum spatium hic inter scamna hæsitare: quod ta- men sine magna eius quoque molestia fieri non potest. P. Consilium dabo. Z. Da. P. Conueniamus præfectum horologio, eumque totius scholæ verbis rogemus, & honorarium polliceamur, ne nos cru- ciet amplius; quin posthac non solum non produ- ctiores, sed angustiores etiam horas reddat: quippe cum

cùm hîc sedemus tamdiu, & immeritò, tempus quod domi ad studia, ad cœnam lusumque relinquitur, necesse est fieri contractiùs: Z. Nostra ætas, prò dolor, valde exposita est iniuriis: pueri enim contemnitur facilè, quia pueri sumus.

---

NOTÆ.

**B**ONVS VIR) *Ironicum est, quomodo & Galli, le bon homme, usurpant.* PONDERA SVRSVM REVOCAT) Il retient les contrepoids de l'horologe. QVERIMONIAM) *Idem sunt querimonia querela, questus, conquestio, conquestus. Queri, conqueri, & frequentatiuum, quiritari. Proprie querimonia certa rei est, querela supernacua. Itaque prior grauitatis est, posterior leuitatis. Cornel. Fronto.* PRÆFECTVM HOROLOGIO) Qui gouerne l'horologe. HONORARIVM POLLICEAMVR) *Honorarium potest etiam dici sportula, de qua voce principio huius libelli: est enim nihil aliud fere, quam Le vin, quelque guerdon.* NE NOS ERVCIET AMPLIVS) A fin que d'oresnauant il ne tourmente personne. PRO DOLOR) Dieu nous vueille estre en ayde.

CONTEMNIMVR FACI-

LE) L'on ne tient compte de nous.

\* \*



E X

# SECUNDO VOLUME.



## PROGYMNASMA DECIMUMQVINTVM.

*Seſe veſtibus exuenies, preces ante ſomnum.*

PÆDOTRIBA, IVSTVS, FVLGENTIVS,  
DEMETRIVS.

**P**ÆDOTRIBA. Quorſum vos cuncta-  
mini? detracto amictu vſque ad ſubu-  
culam, ſuo ſe lecto quiſque commen-  
det. Auferte moras, ego actutum huc  
reuertar. Quod niſi cubantes inuene-  
ro, poſtea virgarum vicibus exarati cubabitis. Pra-  
nunciaui cladem; prohibete à vobis vim meam. I.  
Nefcio quomodo nodus geminus, & arctiſſimus in  
iſta ligula coriacea mihi extitit; quaſo adiuua me,  
Fulgenti. F. Quam multis aſtrigmentis, & quàm  
ſcite hic ſubligar thoraci alligauit? D. Sic oportet.  
At ego, aſpiciſte vt laborem in abſtrahendis caligis.  
I. Quare? D. Quia ex deambulatione curſuque ho-  
dierno

dierno pedes & crura affatim sudore immaduerunt. I. Adiuuabo te. F. Mihi verò quis subibit auxilio? I. In quo tandem? F. Vellem sanè alter vestrum purgaret calceos meos, oppidò lutulenti sunt. I. Tute, vt reor, ad istam rem non malè aptus es, & sufficis. Mihi quoque præter me nullus est seruus. F. Hancine gratiam refers? phuy, vt olidi sunt calcei tui lintei? I. Mirum ni balsamum spirent, aut pastillos, aut staten atque casiam oleant: gestauit duabus hebdomadibus. F. Certè quidem pro istis allium, hircum, suem olent. Dares lauandos. I. Darem vtique, si alios retulisset mulier quæ lauat. D. Oh, quid tu Fulgenti hoc tempore & loco de deploide tua puluerem excutis? oculos, aures, nares, faciem mihi comples. Fac modum. An nondum etiam? quin parcis, inquam, mihi *παρέχεις παράματτα*? F. Vbi ergo, & quando excuterem? D. Foris. F. Non ausim foras ire sine thorace. D. Ad fenestram procederes saltem. F. Nec ibi honestum est in indusio conspici à prætereuntibus. D. Par reponam, quod te mordeat. Quorsum tot fibulæ? ad ornatum scilicet superuacaneum, atque ad discipandas & dispergendas pecunias. F. Tua quid interest? Commutemus Demetri cingulos. Eia annuito. D. Tamne blanditur oculis tuis meum? I. Et quidem multò ante hunc diem. D. Quid diceret Præceptor? I. Nihil profus, ne vereare. D. Qui periculum amat, etiam in re leui, nã ille haud mecum sentit. Verùm ego perisceletes, seu fascias crurales tuas validius optauerim, quàm tu istanc zonam meam. I. Posterius hoc dicis quàm credidi. At tu, Fulgenti, in arca tam alta, tam longa, tam lata quid habes? F. Quid hoc autem ad te attinet? libros nonnullos philosophicos. D.

Hui,



Hui, philosophicos? F. Ita, philosophicos, quibus me vsurum spero, postquam æui florem contingero: aliquot indusia, femoralia bina, tibialium paria duo, interulam eleganti opere contextam, pileum sericum, & quatuor tenuissima tela, perque angulos acu picta sudariola. Adhæc, totidem collaria rugata linea, quibus nouo inuento collum circundare mos increbuit. I. Malo ego collaria indusiis continentia, plana, super oram vestis aliquantum proiecta, qualia sacerdotes literati que viri gestant. D. Quam commodum & decens conopeum hoc, quo muscæ & culices arceo? I. Beatus ter & amplius si quid etiam ad arcendos pulices. D. Obsecro tu mihi armorum tuorum, tegumentorum que pauxillum commoda, quibus te aduersus illorum insultus morsusque communire soles atque defendere. F. Væ mihero. Vt se isti impudentissimi sceleratissimi que scarificatores meo sanguine hac nocte ingurgitabunt? integros alo exercitus, & sum stigmaticus toto corpore. D. En præterea lecticam spatiosam; per quam me volutare possum, vt libet. En culcitã plumeam, non vti vestræ, lana inculcatam; puluinã longum, cervical mollissimum, toralia candidissima, stragulam vestem splendidissimam ac principe dignam. I. Ideone arctius dormis quam nos? qui æstate, vt nunc, gausapinis tegimur satis: cortinas sericas, tuasque exoticas delicias nihili pendimus. Atat, Præceptor redit, sileamus, & in lectum perniciousiter. P. Comprimite linguas. Siccine hoc fieri? An istuc est colere vespertinum silentium? Cras pro his meritis condigno vos afficiam pretio. Cur non occlusisti valuas Iuste? I. Oblitus sum. P. Solennem precessionem edidistis: immo eam quoque, vt suspicor, obli-

obliti estis. Vide quàm parum religiosi sunt isti adollescentes : sic somnum carpsissent , Dei que, sui que, mei que funditus immemores. Nonne hæc tua hebdomas est Demetri ? D. Equidè est. P. Ergo age, dum vestimenta pono ad cubandum , interea loci piè pronuncia solitas preces , & singuli iunctas manus cœlo attolite. D. Omnipotens , pater, exuberantissime fons honorum, qui nocturnâ requiem , soporè que delinimentum ad salutem corporû hominibus tribuere dignatus es, tibi gratias agimus, cum nos hoc die clementia tua ab omni casu aduerso tutos prestitisti: iterumque rogamus, ut peccatoribus nobis per tormenta & mortem IESV CHRISTI Filij tui, quidquid hodie cogitatione, verbis & actione deliquimus, benignè ignoscas. Tuere nos ista nocte à quocunque corporis & anima periculo. Esto excubitor noster, tu, qui nunquam dormitabis, neque dormis: ut sani ac læti expergesiamus, & cum gratiarum actione die crastino, atque in omni reliqua vita nostra imperiis atque præceptis tuis seruitutem hilarem totis viribus seruiamus. O Maria virgo, benedicta, inuentrix gratiæ, mater salutis, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, tuisque precibus commissorum veniam, iustitiã que verã nobis impetra: ut cum supremus, maximè que formidandus ille dies aduenerit, digni habeamur, qui possimus stare ante iudicem viuorum ac mortuorum, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, benedictum fructum ventris tui: cui cum Patre & Spiritu sancto honor, virtus & fortitudo in omnium seculorum æternitates, Amen.

---

NOTE.

**M** IHI QVOQUE PRÆTER ME (In Capt. cum Tyndarus seruus se. Philocratem dominum esse

esse mentiretur audacissimè, Aristophones qui cum in Alide nouerat, ait Hegioni.

Vt scelestus, Hegio, nunc iste ludus hic facit?

Nam is est seruus ipse, neque præter se vquam ei seruus fuit.

STACTEM ATQVE CASIAM) *Stacte à σάκτω stilo, ipse stillantis myrrha liquor, seu succus è myrrha expressus. Hinc stactea myrrha. Casia, herba odoris suauissimi Virgil. 2. eclog.*

Tum casia atque aliis intexens suauibus herbis

Mollia luteola pingit vicinia caltha.

ALLIUM HIRCVM, SVEM) *Si quis nescit adhuc quam gratum odorem spirent hac iria, quid ei melius, quam ingentem nasum optabimus? Decetatur allium Horatius Epodon Ode 3. In Mostell. Tranio seruus urbanus Grumionem villicum, ut grauius foetentem, ab se repellens.*

at te Iuppiter,

Diique omnes perdant Oboluiſti allium.

Germana illuuias, rusticus, hircus, hara suis,

Canis, capta, commissa.

Respondet ille.

quid tu vis fieri?

Non omnes possunt olere vnguenta exotica.

Exotica, id est, peregrina, è remotis locis allata, pretiosa, ANNONDVM ETIAM?) *N'entends tu pas encores? τῶρε ἄρ' ὑπὸ τῶν μῶλων) licenter voculas, & locutunculas immiscet comædiis suis Plautus, in quibus hoc ipsum, quod negotium facessere, molestiam exhibere est. Eum imitari non in scribendo solum, verum etiam familiariter cum familiaribus colloquendo nihil prorsus vetat. ZONAM MEAM) Zona, cingulum. Vne ceinture. Zonarius, Vn Ceinturier: diminutiuum zonula. Soluere zonam virginëam, est virginitatem deponere. Cælum quoque in quin-*

que zonas diuiditur, de quibus *Ving. 1. Geor. & Ouid. 1. Metamorph. EN CVLCITAM*) *Caveant pueri, ne culcitam mutant in culcitram. Longe enim aliud est illud, quam hoc. Vide annot. vol. 2. GAVSAPINIS*) *Gavsepe villosum stragulum. Vne male velue. COMPRI-MITE LINGVAS*) *Retenez vos langues.*

PROGYMNASMA  
DECIMVMSEXTVM.

*E somno suscitati, precatio matutina.*

*CALIXTVS, ADOLPHVS, HENRICVS,  
SIMPERTVS.*



**CALIXTVS.** Benedicat nos hodie Deus Pater à quo conditi, & Filius, cuius dira morte à sempiterna morte vindicati, & Spiritus sanctus per quem abluti & sanctificati sumus. Iam lucis orto sydere, &c. Surgite contubernales, surgite. Adolphe, Henrice, Simper-te. Ecquid audistis? expergiscimini. Tacent. Cernite, vt valuis reclusis clarissima se lux infundit. Surrecturine estis, an non? **A.** Quid tu (malum) nobis ista horribili vociferatione somnum abrumpis? quid gannis? quid vix? atra bilis te agitat. **C.** Surgendum est tibi, deserendus nidulus. Heus heus surge. **A.** Cessa sis hoc clamoris edere. Enimvero profectò non pessum. **C.** Profectò potes. **A.** Conniui potius hac nocte quam domiui, eamque plenam timoribus & miseris habui, plumbeum gero caput. **C.** Et cuiusnam erant illi rhonchi? **A.** Nullos sensi rhonchos, absiste hinc. **C.** Non igitur verum loqueris, te  
conni

conuiuiffe : fomno approbè irrigatus , fummerfuffq;  
 iacuiſti, ſi rhonchos, & quidem tantos, minimè ſen-  
 ſiſti; ego ſenſi. Surge, non piger, ſed ipſamet pigri-  
 tia. A. Ah Calixte, nimis hoc quidem inhumaniter,  
 & valde importunè, ſine pauxillum : ſic tibi obtin-  
 gant, quæcunque exoptas bona. C. Littori loque-  
 ris. Henrice, corripe è ſtrato corpus. H. Quota eſt  
 hora? C. Quinta. H. Erratis vterque, tu & horolo-  
 gium. Adhuc nox atra caua circumuolat vmbra. C.  
 Scilicet in oculis tuis. Faxo mox adducatur faber,  
 qui forcipibus illos tibi aperiat. Excute noctem dor-  
 mitator. Quin ſurgis? H. Obtundis, iam primum  
 verſaui me in alterum latus. C. O Chriſte, etiam  
 hic ſtertere vult in meridiem. In eodem ludo viden-  
 tur docti ad ſomnolentiam. Sed eſt vocis ſat. Sym-  
 perte ſurge. S. Dictum ac factum, ſurgo. C. Te lau-  
 do, haud ſomniculoſus es. Vos niſi è veſtigio ſurte-  
 xeritis, renuntiabo Magiſtro, vt vapuletis pro ien-  
 taculo. A. Quod tibi Deus OPT. MAX. pro tuo  
 prandio largiatur. Faceſſant minæ. C. Vt oſcitant?  
 vt brachia tanquam in cruce ſuffigendi diſtorquēt?  
 vt capita ſcalpunt? vt oculos fricant? quaſi veſpertio-  
 nes lucem indignantur. H. Nonne hic dies eſt  
 feſtus? S. Cur tu iſtuc quaris? H. Quia de more ad  
 ſextam liceret ſomno recreari. S. Negotioſus, ſeu  
 profeſtus eſt, non feſtus. Sed conticeſcite dum ſoli-  
 tam precationem expedio; attendite, animoſq;  
 veſtros ad Deum transferte. A. Hoc agimus. S. *Eter-  
 ne mundi opifex, tibi gratias, quantas noſtra mentes ca-  
 piunt, cum nos hac tranſacta nocte viuos, incolumes, &  
 omnis macula pueros atque integros tua miſericordia  
 conſeruasti. Oramus te per bonitatem tuam cui iſta luce,  
 cuius primordiū videmus, vere Catholiceque fidei luce,  
 emendatio*

emēdationem vita nostra, securitatem mentis, & diuine consolationis tuae letitiam nobis hodie, & quo ad vixerimus, concedas. Tibi corpora, tibi animas nostras, introitum & exitum, vitam atque obitum, omnia denique nostra commendamus ac tradimus. Misere nostri Domine, misere nostri. S. Maria, in tuam custodiam & clientelam nos recipe. Ora pro nobis peccatoribus, Amen.

## NOTÆ.

**A**TRA BILIS TE AGIT) La rage te meine, ou possede. PLUMBEVM GERO CAPVT) Graue metallum est plumbum: idcirco quæ grauiæ & tardæ sunt vocamus plumbeæ. Dicitur item in rebus ingenij, vt plumbeum argumentum, & per metaphoram, plumbeus pugio. In Physicis, in Dialecticis plumbeus. Vn ignare, sot, lourdaut, Plumbarius: Vn fondeur de plomb. Plumbare, Souder le plomb. Plumbatura, ferruminationis, Soudeur de plomb. SOMNO APPROBE IRRIGATVS) Cic. de Senect. Iam verò videtis nihil mori esse tam simile, quàm somnum. In somnis, id est, dormiendo. Somnum tenere, sicut risum tenere. S'engarder de dormir, ou de rire. Somnum capere. Somnus me complexus est, Somnum repetiui. Barbarus, ego iterum ini ad lectum. IPSAMET PIGRITIA) In reprehensionibus, exaggeranda rei causa. sollempne est bonis scriptoribus abstracta quæ vocantur, pro concretis adhibere. Ciceronis sunt, prodigium Reipub, odium publicum populi, publica pestes sociorum, prouinciarum vastitates, bustum Reipub. portentum, cœnum, scelus, sex ciuitatum. Plauti. Scelerum caput, Archerontis pabulum, perlecebra, pernicies, exitium adolescentum de meretricibus stabulum nequitia. Catulli, stupor, lutzum, lupanar. Martial. Non vitiosus homo es Zoile,

*sed vitium.* LITTORI LOQVERIS) Tu souffles en un  
 Oulle profond. IN CRUCE SVFFIGENDI) *cruci-  
 affigi Latinum non est. In cruce agi, in cruce suffigi,  
 cruce affigi, in cruce tolli, cruce affigi: hæc Latina sunt.*  
 VESPERTILIONES LVCEM INDIGNANTVR) Ex-  
 ponens *Mineidum Thebanarum sororum in vesper-  
 tiliones Metamorphosin Ouid. lib. 4. in extrema fabula  
 sic ait:*

- non illas pluma leuauit;  
 Sustinuere tamen se pelliuentibus alis,  
 Conata: que loqui minimam pro corpore vocem  
 Emittunt, peraguntque leui stridore querelas:  
 Testaque non syluas celebrant: lucemque perosa  
 Nocte volant, seroque tenent à vespere nomen.

---

4 PROGYMNASMA  
 DECIMVMSECVNDVM.

*Vescentes se, & reliqua peragentes.*

I I D E M.



ALIXTVS. Adolphe. A. Hem, quid est?  
 C. Veni huc sis. A. Quid hic homo vult?  
 C. Quid ais? A. Qua de re? C. Cur piget  
 te magis attrahere sursum caligas, thora-  
 ci que astrigentis istis, quæ plurima dependent  
 subligare: vt pulchrè, sine plicis atque rugis adhæ-  
 reant pedibus vndique, vti meas vidēs adhærere?  
 Nam hoc negligere quid est aliud, quàm segnem  
 & desidiosum velle argui? A. Nouimus te φιλόκα-  
 λον, & munditiorem ipsa munditia. Porro meas ille  
 indoctus sartor nimium laxas, nimium longas fe-  
 cit, nihil attrahendo proficio. S. Tunc fregisti hanc  
 matulam

matulam Henrice? H. Apage cum istac infimulacione, nuces iuglandes, castaneas, amygdalas fregi multas: hoc scio. A. Quis autem pectinem meum sublegit? C. Ne clama, hem illum tibi. Ego ante vsus sum quam tu experrectus es, quia meum nescio vbi deposuerim. S. In riscio videbam heri, C. Visam. Rem elocutus es, hic est. Pecte igitur caput, Adolphe. Primùm, vti suadent medici, radiis ratiioribus, tum densioribus, & à brechmate in occiput, rursùmque ab occipite in sinciput ducito: sic enim pori aperiuntur, & exhalationibus caput leuatur. A. Obtempero, ac vellem hanc me citiùs medicinam docuisses. Da inductorium, calcei sunt angusti & breues. S. Vt stridet sponda mea? vt item crepidæ meæ, & hoc quod calco catapetasma scirpeum? C. Fulmenta lecticæ tuæ, Adolphe, quam cariota sunt? A. Non minus tua si aspicias, Et, si scruteris, forsitan musculos aliquod inuenies, quos tibi culcita tua stramentitia progenuerit. C. Sentirem, si quid esset vernularum istorum domi meæ procreatum. H. Globulos thoraci assutos vnumquemque oculo suo fac indas, Adolphe; ne vt ventriosi & abdomina, eo infra aperto, sub interiore tunica ventriculum tuum spectandum ingeras. A. Euge, calceolos tuos nitidissimos vinculis suis obliga, ne laxi in pede hereant. C. Hic tapes de pariete cadet, tot passim abiunctis annulis, quibus ad vncinulos suspendebatur. Symperthe prouidebis vt commodius pendeat. S. Prouidebo. Quò pedem, Adolphe? A. Etiam tu interrogas? deorsum ad abluendam & frigida faciẽ & manus. Cæterùm guttus pollubrum, vt scitis, immunda sunt. Demus ancillæ teruntios aliquot, vt permudet: interim ad salientem lauemus in atrio. C.



Continuò te sequemur. Tolle tecum lintea, quibus nos extergimus postquam lauimus. S. Tu Henrice vt aspersus es atramento: vt digitos habes sordidatos: calida opus sit tibi, non frigida, & pondo smigmatis. H. Eo diligentius lauabo. S. Frica item cilia, & palpebras, sunt ibi sordes: nec minus auriculas, & gargariza bis, ter, quod ad fauces collum, & que purgandum valet. H. Doctum ne doceas. C. Eamus, ego obserabo cubiculum. S. Clauim autem in porta relinque vt nuper; vnde cleptarum irrepes quispiam, iterum mihi scabellum auferat, & puluillos deinde: ac nisi grauis sit nimium, grabatum cum ipso lecto & toralibus. C. Nullus est hoc meticulosus æquè. S. Si spondes te damnum præstaturum, non metuam. C. Spondeat Henricus, mihi non est otium. H. Ain' verò? C. Certè inquam.

---

NOTÆ.

**T**HORACI SVBLIGARE CALIGAS) S'eguillet. NOVIMVS TE) φιλόκαλος) *Isocrates ad Demonicum φιλοκαλίαν in vestibis, id est, ornatum & munditiam laudat: καλλωτισμὸν luxum vituperat.* HANC MATVLAM) *matella diminutum, Pythagoræ symbolum: cibum in matellam ne immittas. Id est, sordidos & inhonestos homines ne alas. Plutarchus aliter. Sapientem sermonem non immittendum in scelerati hominis animum: vt in Euangelio quoque docemur, non esse proiciendas margaritas ante porcos. Indignus qui matellã illi porrigat. Il n'est pas digne à luy deschauffer ses souliers, il n'est pas digne pour luy tendre de l'eau.* FVLMENTA LECTICÆ) *Les colomnes du lect.* VERNVLARVM) *Verna ex seruo aut serua domi nostræ*

nostra natus. Vernaculum quidquid domi nostrae nascitur, & quotidianum est. Mos vernaculus, vernacula festiuitas, vernacula lingua. Vernile idem quod seruile, seu scurrile, adulatorium. Vernilitas scurrilitas, & quod ingenio contrarium est, Verniiter, scurriliter, seu adulatoriè. ET ABDOMINA) Abdomen est pars corporis ab imo pectore ad pubem. Translate vitium ventris, quam barbari gulositatem vocant. Natus abdomini, voluptates abdominis, inservire, indulgere abdomini. Atque ut gula studiosos vocamus ventres, sic eosdem poterimus vocare abdomina, quoniam abdomini eodem student. Germani Schmerbauch. QVO PEDEM) Où vas-tu? TERENTIOS ALIQVOT) Vne paire de liards. AD SALIENTEM) Vers le lavoir ou la riuere. DAMNVM PRÆSTATVRVM) M'engarder de dommage. Cic. pro Sestio: Communem & incertum casum, neque vitare quisquam nostrum, neque præstare vllò pacto potest. AIN VERO) Mais est-il vray?

---

## PROGYMNASMA

### DECIMVM OCTAVVM.

*Mores in cubiculo, in lecto.*

PÆDONOMVS, VICTOR, CYRIACVS,  
THEODORVS, ALII.



PÆDONOMVS. Quosdam in angulo collatis capitibus confusurrantes intueor.

Victor. Victor, quid nugarum? V. Nihil.

P. Hic puer quotiescunque interrogatur quid faciat, aut quid fabulatus sit, hoc solum respondet, nihil. Si tandè cōtrà verberibus te obseue-

ro, aut colaphis caput tuum impleuerò, non erit, opinor cur fleas, quia nihil tibi fecero. C. De tabella loquēbamur. P. De qua tabella? C. Quæ introrsus ad cubiculi ianuam appensa cernitur, morumque cubicularium præcepta continet, quæ tu annum abhinc nobis dedisti. Aiebam igitur ea hodie de more legenda publicè, Victor à me dissentire, quod mensis nondum totus præterisset. T. Immò, vt sis sciens Victor, hesternus dies Maium clausit, & hodie kalendas Iunias egimus. An ita est? A. Ita est. P. Custodiatur ergo mos, & ne ante quieti tradantur corpora, quam leges recitentur. Aduertite aures, & in quam, quâsve hæctenus quisque commisit, in eas ne committat de cætero, magnopere caueat. Quis leget? T. Ego legam, si mandas. P. Age, hanc cistam conscende, & voce elata, intelligenter, ac distinctè.

T. *A cubiculo omnes profana, impudica, stulta imagines absunt: earum loco sacras pudicas, hominum, qui in laude vixerunt, quosque in cælum merita vocauerunt, reponunt.* P. Decet animum accipere formas rerum honestissimas, de quibus tum cogitet, quas somniet, & in quibus corpus iucundè obdormiscat. Quare autem prima, quæ nascente, & vltima, quæ Occidente die contuemur, honesta ac pia non sint? & cur non potius mentem ad virtutis amorem, ad Deum & cœlestia erigant, quàm sua deformi, abiecta, & ridicula specie ad res humiles, sordidas, turpes ac leues rapiant? C. Victor ad caput lecticæ suæ affixit imaginem Bacchi, coloribus variatam. Insidet a seculo, gestat vexillum, in quo sunt farcimina, pocula, placentæ, pulli gallinacei, & vasculum vinarium. Stipant illum cum ventre collatio satellites, coronati

ronati pampinis, (vt ipsemet Liber) botris in orbem dependentibus. P. Hem, quæ hæc est fabula? C. Ecce tibi portentum. P. Leuicule puer, quid tibi voluisti cum hac monstrosissima effigie? placet hoc tibi? istæ sunt cogitationes tuæ cum surgis, cum lecto te credis? hæccine somnia? visne tu comes Bacchi, an Musarum fieri? ego te pro istis factis vlciscar probe. V. Quia pulchra & iocosa est, ideo affixi: & dederat mihi frater meus. P. Non inuenisses alium locum vbi affigeres? V. Hic tutissimus videbatur. P. Ex templo refuge, & in conspectu omnium conscinde. Malam rem non effugies, si posthac quidquam simile; nec tu, nec reliqui omnes

T. *Clamorem & colloquia penitus vitant: si quid dicere necessum fuerit, summissa voce, & paucis transigunt: silentium sancte obseruant.*

Seu cum surgunt, se seque amiciunt, seu cum stratis se commissuri vestimenta exuunt, verecundia rationem maximam ducunt. Corpus quoad licebit opertum semper habent. P. Flagitij principium est nudare inter ciues corpora, scripsit poeta quidam vetus. Nec mulier modò cum veste verecundiam extuit, vt inquit Herodotus, verum etiam adolescens, vt ego affirmare non dubito. T. *Ad vicini lectum ne accedunt, neque per cubicula cœtus celebrant.*

Scopulas vestiarias, seu verricula setacea in cubiculo appendito, illisq; ad purgandas vestes crebrius vtuntur.

Fenestras vbi sudum erit aperiunt, aërem inclusum & densatum rarefcere, & puriorem fieri permittunt.

Antequam decumbat & mane cum surgunt, in frontem & pectus salutiferam. S. Crucis notam exprimunt: preces prescriptas adiungunt. P. Facit sine hæc, pueri? A. Facimus. P. Bene nuncias. Si falsitatis vos

comperero, pessimo loco sita erit res vestra: pœnas quam atrocissimas à vobis reposcam. T. *Cùm surrexerint alium deiiciunto, lectum componunto, caput pedunt, manus & faciem lauanto, os propè eluunto.*

*A qualicumque cuiuscunque generis sorditudine sese liberos prestanto.* P. Apud quemcunque inuētus fuerit vnus pediculus, ille Tribunus pedicularis renuntiabitur, & curabit, ne quid alij eiusmodi morbo laborent.

T. *Linthea lecticaria, indusia, strophiola die prestitu- to ad lauandum danto.* P. Haëtenus quæ extra lectum seruanda sunt: nunc quæ in ipso lecto.

T. *Lectum ubi occupauerint, verbum ne edunto.*

*Sine intima tunica somnum nunquam nusquam ineunto.*

*Ne corpus huc illuc iactanto, nèue malè cooperi iacento.*

*Nèue proni, nèue supini, sed in latus dexterum cubanto, brachiis ita transuersim compositis, vel dextra manus sinistro, læua dextro humero admoveatur, similitudòque crucis exprimat.* P. Hic mos admodum pius est, & laudabilis, traditus etiam ab iis, qui de formandis adolescentum moribus scripserunt.

T. *Si necessitate flagitante eum sodali cubuerint aliquando, quieti sunt, stragula ad se ne attrahunto.*

*A rhonchis abstinere se assuescunto.* P. Nimirum, quod per se patet, vt dormire detur cæteris. Si solus fueris, da fræna rhonchis. Quanquam ita pacatè ac sine sonitu corporis reficere, vt id nemo sentiat, est commendatione dignum.

T. *In singulos menses hasce leges recitando ite- tando.*

## NOTÆ.


**C**ONSVSVRANTES) *Susurrus* tenue & *summissum murmur*, ut *frondium in arboribus*, *annuum* & *riuulorum labentium*, item *apicularum*. *Susurro*, *susurratio*. Item *susurro*, Vn rapporteur. *Confusurrare*, *infusurrare*. AD IANVAM) *Fores* propriè dicuntur, quæ foris aperiuntur: *valua* autem sunt, ut dicit *Varro*, quæ reuoluuntur, & se velant: *ianua* verò est primus domus ingressus, dicta, quia *Iano* consecratum est omne principium. *Cætera* intra *ianuam* ostia vocantur generaliter, siue *valua* sint, siue *fores*. *Seruius*. INTELLIGENTER) Cum dicimus, intelligenter loqui, disputare quempiam, aduerbium illud non ad loquentem, aut disputantem, sed ad audientem pertinet, & est, quod alias saepe audiisti à barbaris, intelligibiliter. *Cic. Part.* Intelligenter autem ut audiamur, & attentè, à rebus ipsis ordiendum est. A CVBICVLO) immò etiam à *musæo*, à *triclinio*, à quibuscunque domus locis atque conclauibus. Quid namque illiberalius, quam huiusmodi imaginum aspectu recreari? EGO TE PRO ISTIS FACTIS, &c.) Je te puniray à bon escient pour tes façons de faire. EX TEMPLORUM REFIGE) Descend bien tost à bas. *Virg. 6. Aeneid.* *fixit leges pretio atque refixit.* COETVS CELEBRANTO) Faire des assemblees, conuenir ensemble en la place publique, est *cœtus celebrare*. *Virg. 1. Aeneid.* *Et vos ô Lyrii cœtum celebrate frequentes.* BENE NVNTIAS) C'est bien dict. PESSIMO LOCO CITA ERIT) Il vous en prendra mal. TRIBVNVS PEDICVLARIS) Le gouuerneur des poulx. NE VE PRONI, NE VE SVPINI) ny sur le ventre, ny sur le dos.

18 PROGYMNASMA  
DECIMUMNONVM.

*Compositio corporis inter colloquendum, &  
consuetudines rusticane.*

ADELPHVS, EVLALIVS.

**A**DELPHVS. Peruellem, Eulali, si esset tibi complacitum, quod in Grammaticis, idem in iis præceptionibus institutum teneremus, quibus morum laudabilium rationes in Gymnasio explicatæ sunt; ut alter scilicet alterum super illis interrogaret; quo & tenacius inhaerent in mentibus quæ mansissent, & eodem reuocarentur quæ effluxissent. E. Bonum & equum oras, Adelphè; tam mea quàm tua causa volo. A. Per triduum proximè transactum de congressionibus disputatum esse scis. Quamobrem de iis compendio colloquamur, si videtur. E. Mihi verò. A. In capite primo partes interrogandi, in reliquis respondendi sumam ego: nisi tu aliud vis. E. Velle tuum volo. A. Quod erat primum? E. Quis totius corporis status deceret adolescentem in colloquio. A. Apud viros auctoritate, grauitate, amplitudine aliqua præcellentes cum sit astādum & loquendum aperto capite, tenendūve interim sub axilla pileus? an in manibus habendus ille quidem, circumagendus tamen sensim in orbem? an inde villi decerpendi? an puluisculus decutiendus? E. Oh, nequaquam. Isti agricolarum, & aurigarum solæcis mi sunt. Sinistra pileum teneat, dexteraque ad pectus, seu umbilicum





licum quàm leuissimè admoueatur. A. Hoc cine modo? E. Hoc ipso. A. Quid oculi & vultus? E. Amico lumine intuentus, qui cum sermonem exsequimur, non toruiter, non impudenter, non ferociter. Facies in rubore, proinde vt si sudaret, non abstergenda, nec aliorsum conuertenda, nec commutanda; verùm in eodem habitu constanter conseruanda. A. Explana hoc. T. Prohibemur iam crispare nasum, iam frontem nubibus obducere, & consulcare, iam attollere supercilia, iam distorquere labra, iam hiare faucibus. A. Qualis animi hæc putas argumenta? E. Ventosissimi, imprimisque temerarij. Quid habes monere de capite? E. Sunt qui illud quietum tenere haud queunt. Sunt qui ipsum quatientes petita negant. Quosdam videmus eo reducto alios accersere. Alios fricare occipitium vel quatuor digitis, vel vno etiam, quod olim reprehensum est in Pompeio, vt mea est memoria. Horum nihil committendum; vt neque adducendi humeri, agitanda brachia, puasi muscas abigeremus, neque digitis exercendæ argutiæ, vacillandumve pedibus, sed in vestigio primo consistendum. A. Superest de tussi & screatu. E. Quod necessitas non coëgerit, vitandum est: obturbantur enim loquentes. A. Si inter amicos, sodales ac familiares de vtilibus honestisque rebus sit introductum colloquium, an me tum ibi obdormiscere deceat? E. Nisi hoc deceat, præbere opinionem isto facto, quasi præsentem in contemptionem nobis venerint, & ipsorum sermones cum aspernatione audiamus. Largiter quosdam in eo vsque ad rhonchos delinquentes obseruavi, quibus item saliuia in barbam defluebat. A. In consensu confabulantium quid cauendum? E. Ne exurgamus,

& interea per conclaue inambulemus. A. Quid præterea? E. Ne corpus iterum iterumque commoueamus, & nunc quidem in hoc, statim in aliud nos latus conuertamus. Ab agro etiam sunt, qui eo ipso tempore, si quam secum ferunt ad se conscriptam epistolam, educunt è marsupio, & in conspectu omnium taciti legunt; qui que cultello vngues refecare non erubescunt: veluti si aut nemo adesset, aut qui adsunt, caules ac fungi essent. A. Ad cætera prolabamur. Tu interroga. E. Imò tu interroga. A. Respondere iam malo. E. Non luctabor tecum, interroga.

---

NOTÆ.

**T**AM MEA QUAM TVA CAUSA VOLO) I'en  
 ay aussi bon besoing que toy, ou ie le veux au-  
 tant pour moy que pour toy. **VELLE TVVM**) Je  
 veux ce que tu veux. **SUB AXILLA**) Soubs l'eisselle.  
*Ala, & diminutum, axilla, concauitas sub brachiis.*  
*Hircum sub alis vocauit Catullus fœtorem ex sudore sub*  
*brachiis existentem.* **PILEVS**) etiam pileum, neutro ge-  
 nere. *Plaut. Te obsecro, Lyde, pileum meum, mi sodalis,*  
*mea salubritas.* **AGRICOLARVM ET AVRIGAR-**  
**VM SOLOECISMI**) Ce sont contenance des pay-  
 sans & des charretiers. **AMICO LVMINE**) D'un œil  
 gracieux & amiable: *Lumen pro oculo poetis maximè*  
*vsitatum: quoniam sine illo in carcere quodam tenebro-*  
*sisimo corpus hominis versari videtur. Habet hoc ver-*  
*bum in translatione non parua elegantiam, cum dicimus*  
*aliquem lumen ciuitatis, lumen orbis, lumen senatus.*  
*Item lumen ingenij, lumen probitatis & virtutis. Om-*  
*nibus istis declaratur quodam prestantia, & excellen-*  
 tia

ria singularis. VENTOSISSIMI) Ventosum, quod est vento plenum, ut ventosa regio, aer ventosus. Translate pro inani, iactanti, leui, inconstante ponitur. Cicer. epist. lib. 11. Imprimis rogo te, ad hominem ventosissimum Lepidum mittas, Philip. 2. Imperium populare & ventosum. Plinius Paneg. Superbiebat ventosa & insolens natio. TEMERARII) Discrimen est inter audaces ac temerarios, similièrg, inter audaciam & temeritatem. In illis enim interdum est aliquid consilij, in his nihil unquam. CAULES ET FUNGOS) Fungus per translationem sensus expers, stolidus, tardus, stupidus, nullius pretij. Plaut. Bacchid. Adeon' me fuisse fungum, ut qui illi crederem? Infrà. Jam nihil sapit, Nec sentit. tanti est, quanti fungus putridus. Et rursus. Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,

## PROGYMNASMA

27

## VIGESIMVM.

Instruere, & adornare mentem,

SERGIVS, PROCOPIVS familiares serui.

**S**ERGIVS. Ecquid audisti de Oecono-  
mo, Procopi, hodie in ædibus nostris in-  
struendum conuiuium? P. Nullum ver-  
bum. S. Herus amicos quatuor vocauit,  
principes huius ciuitatis, eruntque missus non pau-  
ci. Lepores, capi, perdices, trutæ, salmones, & alia  
conuiuantium deliciae apponentur, quas modò præ-  
tereunti mihi apud culinam cocus memorauit me-  
moriter, & ipsa enumeratione me in lassitudinem  
dedit. P. Quid ais? S. Audi nunc iam. Nos alia aliis,  
cuique famulo suum munus relinquamus: quod ne-  
strum

strum est præstemus sedulò , mensamque suis rebus  
& apparatus instruamus. P. In me nihil est moræ. S.  
Bene factum , quod ancillula euertit scopis hora  
sexta triclinium: alioqui tu euerrere debuisses. P. Tu  
debuisses. S. Tu debuisses. Vtinam quoque pollu-  
brum lauisset, sordet. Sed imperabo ipsi , etiamnum  
poterit. P. Ad orbiculatam hanc accubabunt, opi-  
nor. S. Planum id quidem est. P. Tu mappas à fa-  
mula atriensi poscas , illas arte laboratas, nosti : ego  
tapetum viride quæram , quo primùm mensa con-  
uestiatur. S. Poscam. P. Cur tam serò redis? S. Mu-  
lierem illam sursum & deorsum cursitando quæri-  
tare me oportuit. P. Consternamus ergo mensam.  
En constrata est. Nunc stanneas quadras afferam , &  
orbiculum, cui patinæ superponentur, vt mappæ ne  
polluantur. Quot discumbent? S. Octo. P. Quid  
ita? S. Illi quatuor primarij ciues inuitati, herus,  
hera maior , filius herilis , hera minor. P. Tibi Co-  
chlearia pedunculis inauratis , & cultri manubriis  
argenteis curæ sint. S. De sale in pila contuso tria  
salina imple. P. Ecce. Curram nunc in cellam prom-  
ptuariam, apportabo canistrum cum pane primario  
& candido: nam secundarius hinc exulabit hodie.  
S. Sellas ego conquiram. P. Vt promum condum  
timere sensi modò , ne nos de pane isto comedere-  
mus interea loci. Pumex non æquè aridus est, vt hic  
senex. P. Parcus, sordidus , tenax & pertinax est. P.  
Ipse quoque follem obstringit ob gulam , nec quid  
animæ amittat dormiens. S. Nec me animi fallit,  
cellarium in metu futurum , ne gustemus de vino.  
Profectò pitissabimus , dum per domum cum cir-  
neis , lagenis , cantharis ambulabimus. Nec verò  
quisquam est tam ingenio duro , quin vbi quid-  
quam

quam occasionis sit, sibi faciat bene. Impone cui-  
 bet quadræ panem suum, & tege mappula. P. Non-  
 dum postulavi recens notas: nam quæ in hac capsu-  
 la, maculis iam sordent. Vado petitur. S. Cursim  
 ito. P. Hic ero, cum illic censebis esse me. Adsum,  
 quid iam deest? S. Vas refrigeratorium, in quod æ-  
 nophori & canthari deponantur: nunc enim æstus  
 hiulcat agros, quippe mense Iulio. Item aliud, cu-  
 prea illa trulla, in qua crystallina pocula, & argen-  
 tea eluantur. Sed hæc postremò. Iam abacum one-  
 remus. Defer quadras plures, vt permutare ad sin-  
 gulos, missus, & quoties opus fuerit, commodè pos-  
 simus. Iam de pane cibario paniceas quadras defe-  
 cato, quæ cibis susternantur, qui mos est aulicus.  
 Mi Procopi, afferto etiam sportulam, in quam reli-  
 quia ciborum, & ossicula de quadris à mensa abla-  
 tis proiciantur. P. En attuli. S. Euge, optime. P.  
 Simul abeamus ad afferendas pateras, phialas, scy-  
 phos, culullos, cymbia, ciboria, chrysendeta, ana-  
 glypta, toreumata, cælata, nō cælata pocula, quam-  
 uis omnibus vsuri non sint: vt dominus noster à po-  
 culis haud inops esse videatur. S. Meritò, hæc enim  
 eius arma sunt, cum sit helluo, non librorum sed Li-  
 beri, & hinc vsque ad sidera notus. P. Habet hunc  
 morbum. Quid iam desideratur? S. Magnum illud  
 maluumium argenteum, marginibus seu labris inau-  
 ratis, cum suo viceo, vnde manibus lymphas de-  
 mus: & tonsis mantilia villis. P. Curauero, hem ti-  
 bi, quid insuper? S. Vt suffitum thuris spargamus  
 per triclinium, quando accumbendum erit, & in  
 tempore de vino è cadis hauriendo cellarium ad-  
 moneamus: non illo ignobili & cibario, quo assi-  
 duò gulæ nostræ lauantur, neque de fugiente ac du-  
 bio

bio, aut acescente: sed honorario, Falerno, Cretico. Scis? S. Teneo istuc satis. Qui agent dapiferos? S. Libanus & Stasimus, pocillatores nos duo. De lancibus, catinis, scutellis & patellis rogabimus homines, ut nobis aliquantillum asseruent, non repugnante coco, qui nos amat. Petitionem nostram curæ habebunt utriusque. P. Id ipsum meditabamur ego venterque meus: in quo intestina præ inanitate horrendum murmurant.

---

NOTÆ.

**I**NSTRVENDVM CONVIVIVM) Conuiuium maiores appellarunt accubationem illam epularum amicorum, quia vita coniunctionem haberet. Cic. in Cato. Loquendi genera notanda sunt. Instruere, parare, ornare, apparare, cōcelebrare, agere, agitare, inire conuiuium. **M I S S V S**) Vn mets de table, ou appareil. **H E R A M A I O R**) La dame de la maison. *Hera maior*. La fille aisnee. *Herus minor*. Le fils aisné. **C E L L A M P R O M P T V A R I A M**) Cella & cellarium à cellandis ac reponendis rebus esculentis & poculentis dicuntur. Cella *vinaria*, *olearia*, *mellaria*, *penaria*. Cella item sacratio pars templi. *Virg. 1. Aneid. canernulas fauorū in alueariis cellas vocauit. Diminutiū cellula.* **P R O M V M C O N D V M**) *Plaut. condus promus sum, procurator peni.* **I N T E R E A L O C I**) Vnum verbū, quo frequenter est vsus Sallustius, uti *Plautus Menech. & Pseud. cuius est etiam, adhuc locorum.* **P A R C V S**) De origine & causa huius vocabuli Gellius lib. 3. c. 19. **F O L L E M O B S T I N G I T O B G V L A M**) In *Aulularia* *Plaut. sub persona Strobili serui auarum senem Euclionem ita depingit.*

Suam rem petiisse, seque eradicari,

Quin diuum atque hominum clamat continuo fidem,

De

De suo tigillo fumus si quò exit foras.

Quin cùm it dormitum, sollem obstringit ob gullam.

C. Cur? S, ne quid animæ forte amittat dormiens.

Aquam hercle plorat, cùm lauat, profundere.

*Sed quid sit illud: sollem obstringit ob gullam, aliter Lãb. explanat, quàm vulgus intelligendum putat. PRO-FECTO PITISSABIMYS) Nous beuuoterons, verferons le pot sur le nez. NEC VERO QVISQVAM EST) Il n'y a si petit village, qui ne solemnise vne fois l'annee la feste. PATERAS, PHIALAS) Docebit qualia pocula sint hac singula Nomenclator, & Baysius de vasculis. POTILLATOR) à poculis, à Gracis ðivo-χόσ. Catull. Minister vetuli puer falerni. Ubi Muretus, nam & in hac re ministrandi verbum propriè admodum ponitur. Cic. Frumentaria, Cum in eis conuiuio symphonia caneretur, maximisq, poculis ministraretur. HORRENDVM MVRMVRANT) Plaut. Cas, mihi inanitate iamdudum intestina murmurant. Menech,*

M E D. Dic mihi, an vnquam tibi intestina crepant, quod sentias?

M S. Vbi satur sim, nulla crepitant; quando esurio, tum crepant.

---

PROGYMNASMA  
VIGESIMVMPRIMVM.

28

*Que ante accubitum.*

ISACIVS, VRSMARVS.



SACIVS. Cùm in conuiuio mcestum federe subrusticum, ac præter decorum sit, quoniam scilicet ingenuæ voluptatis, & lætitiæ caussa ineuntur conuiuia, de-

K

ceatque nos, quando manus lotas mantili abstergimus, simul quoque omnem abstergere, & excludere ex animis ægritudinem, ac tradere curas in mare Creticum portare ventis: quid tu, Vrsimare, hesternaluce tristitulus, meditabundus, ac suspiriosus, lugenti que simillimus inter conuiuas? V. Conabar ego quidem me ad hilaritatem dare, sed difficile est imitari gaudia falsa. Difficile est tristi fingere mente iocum, ut ait poeta elegiacus. Verum quo minus ego, hoc magis tu lætitia diffundebare, meamque tristitiam facile compensabas. I. Si quid feci, aut facio quod placeat tibi, gaudeo. V. Quin & illud probabam, quod antequam accumberes id peragebas, cuius causa à mensa surgere non datur laudi adolescentibus. I. Quin etiam illud quod non aduertisti. Cum essem artissimè cinctus, laxaueram aliquantum cingulum; id si post accubitum fecissem, omnes, puto, tūque imprimis me putassent velle vorare quàm plurimum, atque ob eam rem reddidisse ventrem capacissimum. V. Etiam sic vix te suspicione exsoluis apud alios. Minor autem his regionibus morem inoleuisse, ut cum honoratis accumbatur nudatis capitibus. Quia apud nostrates mos est operto esse capite, sæpe obliuiscor huius rei, pileum non depono super scamno alicubi. I. Iam inde à maioribus hoc sit. An mirum sit, si honoratis honos habeatur? nam poculis & patinis id non fit; quamuis manus lauemus, non tantum ut mundæ sint, verum etiã quod panem tractaturæ sunt, quem prisce uti rem sacram attingere consueuerunt: ideoque si fortè in terram cecidisset, reuerenter lauabāt, & osculabantur. V. Idem à nostri sæculi mortalibus istanc rationem nescientibus seruat. I. Non  
autem



autem omnes prouinciales, nec semper hūc morem de capite nudando seruant: ephebi senioribus reuerentiam debemus: quemadmodum hoc quoque nos imprimis commendat: cedere loci honorem alteri cum discumbitur, nec eligere primos accubitus in cœnis. Quod si quis etiam eò inuitet, honestum est se excusare comiter, nisi, qui hoc facit, tertium, quartum id faciat, aut magna fuerit auctoritate: tūc illius voluntati obtemperandum est, ne verecundiam nostram ceteri contumaciam interpretentur. V. Arbitror me id adhuc præstitisse; & hoc similiter, cum omni pietate videlicet, aut ipsum me preces diuinas ante mensam recitasse, aut dum eæ recitarentur quietum astitisse atque auscultasse. I. Quàm multa existimas post accubitum, inter prandendum cœnandumve obseruanda, si peccari potest non vno modo antequam recubueris? V. Tam multa, vt voluminibus mandari queant. I. Non ergo dies vnus ad enarrandum satis sit. V. Nec decem. Quid decem? nec viginti. I. Non me fallunt iocationes tuæ.

## NOTÆ.

**E**XANIMIS) *Animus est quo sapimus: anima qua viuimus. Accius Epigono. Sapimus animo, fruimur anima, sine animo anima est debilis. Nonius. TRADERE CVRAS IN MARE CRETICVM) N'endure point que ton soulier te blesse. Laisse le soucy aux oyseaux qui ont les petons serrees, ou aux oyseaux en cage. PRINCIPIO) Huius progymnasmatu mone-mur, ne simus ita graues & religiosi in conuiuio, vt videamur aliquo interno dolore angi, & conflictari mœ-*

stuita, aliave in cogitatione valde seria & laboriosa occupari. Quam rem conuiuia haud equis animis patiuntur, cum, quales ipsi sunt, tales quoque cupiant esse ceteros: nimirum anxia cura solutos, animoque liberos, Quamquam non omnis latitua, non quinis risus, non quavis ioca, non quavis sermones decent conuiuium laudabile. NVDATIS CAPITIBVS) Plebeij quoque nudant capita, cum sui ordinis hominibus accumbentes. Quod quidem alio, nisi ad reuerentiam panis, cuius causa manus etiam lauantur, non videtur mihi pertinere. Potest tamen huius consuetudinis alia proferri ratio mihi incognita: Sed quam turpe est, capite nudato ibi cum sederis, eiusmodi verba profunderere, quae nisi capite aperto audiri non debeant? NON AVTEM OMNES PROVINCIALES) Dicti sunt provinciales, qui ex provinciis erant, siue qui in provinciis domicilium habebant. Provincialium quoque nomine omnes, praeter Italicos appellabantur. Paulo tritiori significato dicitur provinciale, quod ad provinciam pertinet, vel quod provincia est.

35

---

PROGYMNASMA  
VIGESIMVM SECVNDVM,

*Ministrare accumbentibus, & alia.*

*DIDASCALVS. PVER.*

**D**IDASCALVS. Cùm cenarem heri cum patre patruoque tuo, Christiane, fructorem re acriter defixis oculis intuentem obseruabam, notantemque curiosè quomodo singula in portiones diuideret, & cui primò, cui postremò præberet de patina. Cur id, ama-  
bo: P.

b6? P. Vt ipsa obseruatione perdiscerem hoc artificium, quo me artificio uti oportebit olim, cum virilem togam induero. D. Istanc causam non improbauerim. Cur de missibus raris & delicatis nihil attingebas? P. Memineram te docuisse nos, magis venire gloriam, si his abstineas, quam si fruarer. Et quemadmodum ille dixerit; nunquam se poenituisse quod tacuisset, quod locutus esset, saepe: ita fore, ut nos quoque nunquam poeniteat quod genus cibi lautius recusauerimus, aut falerni loco aquam biberimus: D. Prudens responsio. Verum, cum pro more gentis nostrae ad extremam mensam, nudato capite stans cibum vna nobiscum capebas (quod tamen tum demum faciebas, cum te accedere iussimus) cur ante finem epularum discedebas? P. Quia quod natura desiderabat iam sumpseram, & tu me sic agendum esse docueras, praesertim, si conuiuium produceretur. D. Tollebas igitur orbem tuum cum reliquis, precatusque a nobis veniam, & flexis poplitibus nos salutans, meque praecipue; ita abibas. Placuerunt mihi haec, vidi que te moratum esse, egregiumque adolescentulum; ac statim patris fortunas laudavi, qui gnatum haberet tali ingenio praeditum: & ille testimonio meo non mediocriter est gauisus. Monui praeterea, ut neque te, neque ceteros fratres tuos minores immoderato cibo potuque compleri ac distendi permitteret, & semper citra satietatem potius; magisque crebro, quam multo alimento vos refici iuberet. Quod si in conuiuio ad mensam vos adhibuisset, ne usque ad finem ibi sedere inter conuiuias pateretur. Pueros impuberes, ait Gellius, compertum est, si plurimo nimioque cibo vterentur, hebetiores fieri; aduertimusque elici

tarditatem, corporaque eorum improcera fieri, minisque adolescere. P. Currenti calcar addidisti: ille nos frugaliter alit. D. Vnum nihilominus peroptabam. P. Quid est id autem vnum? D. Ut rediisses post ea, ac si quid opus fuisset, ministrasses: aut expectasses, si quis voluisset quippiam. P. Id ego reuera facturus eram: at mater quæ foris in culina ancillis imperabat, alia in re me occupauit vsque ad primam facem. D. Sat habeo, mater fuit, matri mos gerendus fuit. Caterum quanto venustius politiusque ministrasses tu nobis cœnantibus, quam ille vester famulus? quem inter Faunos & Satyros, in montibus & speluncis apparet educatum. Non verebatur in conspectu omnibus dum ad mensam astaret, nunc caput nunc cubitum fricare, nunc vngues rodere. Aliquando manus in sinum mittebat, nonnunquam à tergo eas coniungebat, quas ipsas indiligenter lauerat. Cùm patinam ferret, aut cyathum alicui accumbentium porrigeret; & exspuebat, & alia similia, quæ nunc non memini, faciebat, quæ tu, si probè ingenuitatem tuam moresque cultissimos noui, ne magna quidem pœna proposita admitteres. P. Nescio tamen, vtrum omnes numeros in ista parte sim consecutus. D. Vicisti cogitationes meas tuis processibus.

---

NOTÆ.

STRUCTOREM) Quæ partes sint structoris in conseruio liquet ex sequentibus. De artuare pullum, capum gallinam dicemus cum viro quodam erudito, tailer ou decouper vne poulle. VIRILEM TOGAM INDVERO) Quand ie seray paruenù à mon aage.  
MAGIS

MAGIS VENIRE GLORIAM) *Libet hoc loco à Cicerone aliquot gloria descriptiones afferre. Pro M. Marcello. Est illustris & peruagata multorum & magnorum vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Philip. 1. Laus rectè factorum, magnorumque in Rempub. fama meritorum. Tusc. 2. Gloria est solida quadam res, & expressa, non adumbrata: ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellenti virtute. NVNQVAM TE POENITVISSE) Se taire ne peut nuire à personne. NVNQVAM POENITEAT) Quem enim potest pœnitere sobrietatis, temperantiae, moderationis, virtutis denique? Quem autem potest non pœnitere, si modo hominis nomine dignus sit, ebrietatis, crapula, luxurie & cuiuscunque impuritatis atque labis denique? CAPVT FRICARE) Pruritu vexati, aut pediculorum moribus quidam fricant caput. Quidam cum animo herent in re aliqua, & quid faciendum sit dubitant. Cum, inquam perturbati, & incerti animi sunt. At frontem, siue os fricare, est impudenter se gerere in aliquo negotio, quod exemplis Latinorum Græcorumque authorum copiosè demonstratur à Victor. lib. 8. cap. 6. VSQVE AD PRIMAM FACEM) iusques à la nuit. Vide que scripsimus de hac locutione edit. 2. vol. 2. in annot.*

## PROGYMNASMA

44

## VIGESIMVMTERTIVM.

*Temperantia in victu.*

MAGISTER, SIDONIVS, AMIANVS discipuli.



MAGISTER. Quo tanto altius in memoria vestrum omnium insideant, quæ de adhibenda cibi potúsque moderatione

differui, surgite Sidoni & Amiane, atque in mediūm  
 prodeuntēs, ea per quæstiones & responsiones ite-  
 rate. Sidonius interroget, Amianus respondeat. Si  
 memoria alterum defecerit, ego subueniam. S.  
 Quamobrem edere ac bibere cum modo debe-  
 mus, & ad mensam venire animo quieto, ut deside-  
 ria naturæ satiemus? A. Quia ut Cicero scriptum  
 reliquit, nimio cibo ac potione distenti, mente uti  
 rectè non possumus. Et bene Horatius Sat. 2. lib. 2.

*-corpus onustum*

*Hesternis vitis, animum quoque prægrauat unâ,*

*Atque affligit humo diuinæ particulam auræ.*

Bœotios quoque idcirco tam tardos ac stupidos  
 extitisse creditum est, quoniam se vino & dapibus  
 nimium completerent. Hinc Platoni Italicæ & Syra-  
 culanæ mensæ in Sicilia probatæ non sunt. Possu-  
 mus & testem moderati victus laudare Dei filium,  
 qui iussit ut cauteremur, ne corda nostra grauaren-  
 tur crapula & ebrietate. S. Sunt ne coniuncta hæc  
 duo, edacitas & stoliditas? A. Ferè, nam ut sapientes  
 plerūque videmus minimi cibi, minimique po-  
 tus, sic contrà fatuos plurimi. Nec est ut mirandum  
 sit eos bestiarum, (quas natura ad pastum abiecit)  
 morem sequi, quibus cum bestiis tanta est similitu-  
 do. S. Quid Ægyptiorum Sacerdotes, rerum caus-  
 sas ac sydera accuratiùs contemplaturi? A. Sæpius  
 toto biduo ac triduo nihil gustabant. S. Lacedæmo-  
 niis pueris quid fiebat? A. Decimo quoque die E-  
 phoris se sistere cogebantur. Hi, quem molliorem  
 pinguioremque cernebant, eum plagis onerabant.  
 Quin etiam apud ipsos ciues dedecori magno erat,  
 obesum habere corpus. S. Quæ fuit D. Augustini  
 sententia? A. Sobrietatem ingenuarum artium pro-  
 creatri

creatricem & magistram, ebrietatem ingeniorum pestem esse. S. Hucusque quid ingenio ac literis officeret intemperantia: nunc quid valetudini commodet expone. A. Nimium quantum incommodat, non enim reficiuntur vires, sed opprimuntur. Diogenes aiebat eorum domorum, in quibus est alimentorum copia, multos esse mures ac feles. Similiter corpora, quæ multo cibo pascerentur, etiam multos ascescere morbos. S. Quorum maximè insignia exempla in hoc vitio ventris & gutturis allata sunt? A. Duorum Imperatorum, Vitellij & Maximini. S. Qualis prior? Cum voluptati huic edendi & bibendi maiorem diei noctisque partem tribueret, ut epulis nouis locum faceret, vomitu onus reiciebat. S. Qualis posterior? A. Quadraginta libras carnis vno die absumebat: vini amphorã exhauriebat: adeo vbertim sudante corpore, ut in calicem sudor colligeretur. Et mandatum est literis, vno die collectum sudorem tres sextarios impleuisse. M. O flagitiosam hominum sceditatem. S. Quorum cõtra laudata est temperantia? A. Cyri maioris. S. Quid is? A. Cùm ex eo hospes quæretet, quid ad conuiuium parari iuberet, panem, inquit, solum: spero enim me apud flumen cœnaturum. S. Cuius insuper? A. Socratis, qui cum ab amico admoneretur, quod hospites accepturus tenuiculum apparatus curasset, respondit, Si boni sunt, satis erit, si mali, plus satis. S. Ecquid tertium suppeditat? A. Etiam. S. Cuius illud? A. Alexandri Magni. Huic cum Regina Cariaë cibos & bellaria curiosissimo artificio apparatus subinde ostentationis causa mitteret; Meliores sibi esse dixit cocos, nocturnum iter quo prandium, & parcitatem prandij, quo cœnam sibi suauem dede-

ret. M. Pars est intemperantiæ, res ad epulandum exquisitas appetere. Socrates quidem hanc voluptatem nullo loco numerabat, cuius est: cibi condimentum esse famem, potionis sitim. S. In alteram partem qui peccant? A. Qui inedia immoderata & actiones mentis impediunt, & corporis bonam habitudinem planè corrumpunt. M. Huiusmodi hæc sæcula paucos proferunt: plena nimirum comedonibus. Bene & ordinatè alter vestrùm quæsiuit, bene alter respondit, vtrique erit suum præmium.

### NOTÆ.

**V**T DESIDERIA NATURÆ SATIEMVS) *Hæc una & prima causa est moderati victus, ut natura tantum satiescat, non voluptas expleatur. Sed tamen alia causa etiam valde iusta est huius rei, quæ nimirum sequitur.* CIBO AC POTIONE DISTENTI) *L'on ne peut estudier avec le ventre tirant, quand le ventre est trop plein l'asne veut dâser, où de la panse vient la danse.* NIMIVM QVANTVM INCOMMODAT) *C'est vne chose dommageable outre mesure.* MINIMI CIBI) *Hoc necessario faciendum est, nempe ut sine non multi cibi, omnibus qui sapientiam concupierunt, cuius compotes sine diuturna mentis agitatione, sine multis vigiliis atque sudoribus nunquam fient, quibus vehementer repugnare ventrem bene onustum certissimū est.* RES AD EPVLANDVM EXQVISITAS) *Definiunt gulam, qui de vitis scribunt, sibi potiusque appetitum inordinatum. Docent autem id contingere modis quinque. Si tempus edendi antenueritas. Si lautiores cibos queras. Si delicatius tibi eos prepares, aut preparari cures. Si nimium. Si avidius denique. Filias autem,*  
 & quasi



& quasi partus enumerant hasce. Ineptam latitiam, multiloquium, scurrilitatem, immunditiam, sensuum & intellectus habitudinem. CIBI CONDIMENTVM ESSE FAMEM) La faim est vne bonne cuisine, la faim faict de febues amandres, & de pain dur des gasteaux, la faim cuiet à soy-mesme.

## PROGYMNASMA

65

## VIGESIMVMQVARTVM.

*Tempus, & modus ludendi.*

PATRVS, NEPOS.



ATRVS. Modestiae ac temperantiae munus antiquissimum est coercere moderatius voluptatis appetitum. Quo fit, ut in eius explanatione, cum officia traduntur, de ludo etiam & ioco praecipendum videatur) siquidem voluptates sunt) quando illis uti fas sit, & quatenus. N. Perlubes de utroque te disputantem auscultauero: tua enim oratione nihil eruditius, nihil etiam, (nec id auribus do) limatius atque facundius. P. Ludo perinde uti conuenit ut medicina, ut somno, ut quietibus ceteris. N. Strictim tu quidem & summatim. Sed explica quod inuoluisti, amabo te, mi Patru. P. Quis appetit quietam, & cuiam ea dulcis est: N. Ei opinor, qui multum laborauit. P. Quis somno suauissime fruitur: N. Cui lassitudo omnia membra tenet, cuique medullam perhibet, qui Plauti sermo est. Tunc enim verè fessos sopor irrigat artus. P. Medicinam porrò qui expetunt? sanine, an morbum vel habentes iam, vel metuentes?

tes? N. Et qui ægrotât, & qui se ægrotaturos timent, accersunt medicos. P. Sic ludus ioculque tum est haud aspernandus, cum grauibus seriisque rebus, officioque nostro satisfecerimus; quam rem fatigatio animi & corporis consequitur, quibus succurrendum est, velut medicaminibus, velut somno, velut quietibus aliis. N. Teneo quando ludendum: de modo seu mensura quæro. P. Inter ludendum immoderato impetu motuque animi turbulento abstinendum est, vt scilicet ne nimis omnia profunda- mus, elati que voluptate in turpitudinem aliquam delabamur; in lites, in inimicitias, in vulnera, in cædes etiam. Nam quia nec pueris, quoties volunt, ludendi potestatem, nec quoduis ludendi genus concedimus, sed id quod ab honestate non recedat, oportet profectò in adolescentum quoque, non virorum ac senum iocis ludisque duntaxat ingenuitatis, & honestatis lumen elucere. N. Non igitur eos commendares, qui frequenter totoque pectore ad lusum incumbunt. P. Quis id quidem possit? qui crebrò ludit, nõ indiget ludo, quoniam caussam ludendi non habet, de qua supra diximus, & voluptatem tantummodo consectantur, quod *ἐπικέρδιον* est. Qui autem se profundit & immodestus est, modum ac limitem transit, & vterque fit intemperans. Illud antiquum; ne quid nimis, hic quoque seruandum est. N. Iam, si placet, de officiis ludentium age, nam hoc deinceps sequitur, vt putò. P. Est quemadmodum putas sequitur.

---

NOTÆ.

**T**EMPVS ET MÔDVVS LVDENDI) *Illud Horatianum non in grauibus duntaxat, verum etiam*

in ludicris obseruandum. Est modus in rebus: & qua sequuntur. Neque enim semper, neque quouis tempore ludendum, neque quouis genere ludi, vel quoquo modo: id quod sapiens monuit, & clarissimorum virorum exempla docent, quando tempestiua laboris intermissione, liberali & honesto otio animos ad laborandum reddidere vegetiores. **NEC ID AVRIBVS DO)** dare auribus, tirer du laict des oreilles, ou faire des oreilles vne bouche, mener vne personne en vn poële peinct. **NE NIMIS OMNIA PROFVNDAMVS)** Cic. 1. Off. Ludendi etiam quidam modus retinendus, ne nimis omnia profundamus, &c. Exornat autem lusum grauitas, letitia honesta, vigor animi, & virtute non fraude vincere, concordia denique bonorum omnium nutritrix. **QVOD ΤΙΝΕΣ ΠΡΟΨΕΤ ΕΣΤ)** Omnia metienda esse voluptate Epicurus docuit. Voluptas, inquam, illi summum bonum est, & eatenus quidque bonum, quatenus voluptatem affert. Quid autem ex hac teterrima opinione sequatur, Cic. ostendit 1. Off. Fortis vero, inquit, dolorem summum malum iudicans: aut temperans voluptatem summum bonum statuens, esse certè nullo modo potest. **NE QVID NIMIS)** Trop passé mesure.

---

PROGYMNASMA  
VIGESIMVMQVINTVM.

66

Officia ludentium.

I I D E M.



**P**ATRVS. Quæ dicturus sum, eorum aut pleraque, aut omnia à paucis obseruari autumo. N. Credo equidem, nec vana fides, & ideo ipsorum lusus laude carent. P.

Qui

Qui pertinaciam adhibent, qui fraudibus lufores circumueniunt, rixantur, mentiuntur, illi ad imponendas vicissim graues iniurias sese armare quodammodo, extimulareque videntur: nemo siquidem fallaciis, dolis, conuitiis, contumacia secum agi vult, & longe præstat vinci, quam vincere huiusmodi artibus. Sicuti Socrates affirmabat, meliores esse qui acciperent, quàm qui, facerent iniuriam. Et Plutarch. Non tantùm egregium est scire vincere, sed etiam posse vinci pulchrum est, vbi victoria est dâ-nosa. N. Pueri, in quibus existere solet insatiabilis victoriæ cupiditas, ægrè deuitant hæc vitia, & difficillimè sibi temperant, quin alternatim decipiant, aliquid inter se litigij contrahant, vanitatem orationis adiungant, & ira exuperante (quam comprimere propter animum, qui eos regit infirmum, non possunt) vnguibus in faciem inuolent. P. Quædam officij præcepta debent ac possunt tradi quamuis pueris, quæ si non seruent, virgarum pœnis subiiciantur. N. Expertæ virtutis remedium hoc est, pellendisque puerorum morbis efficax. P. Qui ludicrorum certaminum arbiter & iudex deligetur, ei sententiam ferenti aduersari ac reclamare non oportet. Si quando cum sodalibus imperitioribus ludum susceperimus, eosque propemodum vincere possimus, cogitatò cedemus illis nonnunquam triumphum, vt se quoque nonnihil profecisse cum putauerint, fiant alacres, & nos alacriores reddant. N. Id obseruaui cum coæuis meis sapius, & nunc cum adolescentibus adolescens obseruo. P. Optimum est. N. Tamen quo quisque imperitior est, hoc illi amplius à ludo refugiendum existimo.

*Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.*

*Indoctisq̄ue pile, discive, trochive, quiescit,  
Ne spissa risum tollant impunè corona.*

P. Immo enimvero tanto magis lude, quoniam nisi vfu & exercitatione peritia non acquiritur. Ille tantum ludere vereatur, qui nihil didicit. N. Ingenuum est, magis animi, quàm lucelli caussa ludere: quod cum quaeritur, difficile est tueri modestiam. Lucrum nunquam fatiat; atque plus est in ea appetitione frangenda negotij. N. Non ergo laudas, cum pecunia in ludo deponitur, quam victor sibi tollat. P. Non laudo. Quod si pueri nummulos deponant, multandos verberimus pronuntio. N. Quamobrem verberibus? P. Nam cum ij defecerint, parentibus furantur denuo, vt sumptus in ludum suppetant. Noces, globuli, & similia sint pro quibus certent. Non errant, qui indolem in ludo perspicere scripserunt. Ego verò etiam viros inde cognosci aio, & commendatione prosequendos, qui semetiplos continere norunt, & quidquid illiberale est, remis ac velis fugiunt. N. Fortior est qui se quàm qui fortissima vincit. P. Optarem adesse ludis puerorum paedagogos, magistros, aut maiores natu, quos reuereri & metuere cogerentur: vt proinde nihil parum decens, nihil petulans & pœna expiandum committerent. Illud item à quibusdam rectè præcipitur vt dum ludunt, Latine loquantur certa in eum animaduersione decreta, qui vulgari sermone vsus fuerit. Hanc ad rem conducet plurimum, si Præceptores vocabula simplicia, & loquendi rationes ac phrasas, ad quodque ludi genus pertinentes ipsis explicauerint. N. Nusquam æquè barbarè inquina-teque loquentes audio pueros nostros, quàm inter ludendum: vt non tam imperandus illis, quàm vetandus

tandus sit Latinus sermo. Vtilius enim tacere omnino, quàm adeò fœdè garrere dicam, an grunire? P. Quid mirum? nemini sollicitudini est, vt propriè ac Romanè loquantur. N. Video in multis admonendos ac docendos ipsos Doctores. P. Cæci cæcos ducunt. N. Aliane restant officia? P. Etiam, restant quædam. N. Eia adiunge. P. Vt ludas cum notis. Etenim cum ignotis ludere, nec iucundum est, nec tutum. N. Vti affirmas, sic est omnino. P. Sint item collusores belli, humani ac probi, cum quibus periculum non sit, ne litiges: ne aut illi tibi, aut tu illis dicas quod altius in pectus decendat, quiq; deuotionibus, blasphemis, & obscœnis dictis abstineant, ne quid contagionis ad te perueniat. Ipsum præterea ludi genus tibi, collusoribus spectatoribusq; sit cognitum, vt ex omni parte voluptas capiatur. Nec vlla sponsione, nec magna ludito. Illud fatuum est; hoc sollicitat & perturbat animum ludentis, & si victus fuerit; magnoperè excruciat. N. Nescio quomodo mærori est vel nuces, vel ligulas paucas ludendo perdidisse, ne dum vitulam, quæ bis venit ad mulctram, binos alit vbere factus. P. Postremò tamdiu ludes, donec animum ad grauiora & seria reparatum sentias. Non enim ad ludum & iocum, sed ad seueritatem potius, & ad quædam studia grauiora atque maiora facti sumus, vt præclare dictum est à Cicerone. N. Relinquitur iam (vt erat propositum) quartum quæsitum, qui lusus minimè exercendi. P. Commemini.

---

N O T Æ.

**C**REDO EQVIDEM ) Credere alicui, & confidere alicui differunt. Credimus iis, quos facultatem habere

habere ad aliquid præstandum putamus, *scilicet* quorum verbis fidem adiungimus; confidimus iis quos & velle arbitramur, quorum benevolentia nos securos reddit. Verùm hic absolute positum est, pro fidem habeo. DOLIS) Olim etiam in bonis utebantur hoc vocabulo, unde si in malam partem, addebatur dolus malus. Cic. 3. Off. Nondum enim Aquilius collega, & familiaris meus pertulerat de dolo malo formulas, in quibus ipsis, cum ex eo quarentem, quid esset dolus malus respondebat, cum esset aliud simulatũ, aliud actum. INSATIABILIS VICTORIÆ CVPIDITAS) incredibile vincendi studiũ, vide ann. 2. vol. VANITATEM ADIVNGANT) mentiantur. Adhibere orationis vanitatem. Cic. 3. Off. EXPERTÆ VIRTVTIS REMEDIVM) Le foüet cest vne herbe souueraine pour les mauuais enfans. MORBI) Vitiosa affectiones, egritudines animi, prauæ consuetudines sæpe à Cic. in Tusc. morbi appellantur, ducta metaphora à corporis valetudine. COGITATO) de industria, studio. COÆVIS) quæliques eiusdem ætatis. LVDERE QVI NESCI) Hor. art. Poët. Ne scilicet seipsum risui & ludibrio spectatorum obiciat, quando suam ad ludum actionem minus aptam, minusq; venustam animadvertit. APPETITIONE FRANGENDA) Frangere, edomare, coercere, comprimere, cohibere, contrahere, continere appetitus, libidines, &c. DEPOSITVR) deponere nuces, nummos, globulos, mettre en deposit. VVLGARI SERM.) Langage maternel. DEVOTIONIBVS) Hoc verbo barbari vinnzur, immo abutuntur, cum egregiam alicuius pietatem erga superos declarare volunt, hunc enim deuotum, deuotioni deditum, totum deuotum, deuotissimum hominem dicunt: Latinis contra sic loquentibus, homo est admodum pius, religiosus, rerum diuinarũ studio insensus, &c.

*Deuotiones verò sunt dira imprecationes, execrationes, dedicationes & consecrationes. Deuotus autem idem quod destinatus, damnatus, à verbo deuoueo, diras imprecor, itē religiose promitto. VITVLAM) Verg. Eclog. 3.*

*Vis ergo inter nos, quid possit vterque vicissim  
Experiamur? ego hanc vitulam ne fortè recuses  
(Bis venit ad mulctram, binos alit vberē fœtus)*

*Depono.*

*Vitula est vacca viridioris ætatis. Mulctra & mulctra-  
le dicitur vas quo lac excipitur. BIS VENIT) bis in sin-  
gulos dies reddit lac mulgeni. BINOS) uno serè partu  
geminum edidit fœtum quem lactat.*

67 PROGYMNASMA  
VIGESIMVMSEXTVM.

*Lusus auersandi.*

*I I D E M.*

**P**ATRVS. Verecundum ac liberaliter  
eductum adolescentem ab illis lusibus re-  
fugere oportere, quibus infamiae nota in-  
iusta est, ex antegressis disputationibus  
disci potuisse opinor. N. A quibus istis? P. Alearum  
siue tesserarum, & chartularum pictarum. Latrun-  
culorum ludum (vulgò schachorum) inuenio dam-  
nari ac reiici à nonnullis, quanquam vsitatissimus  
est, placetque multis, de quo Hieronymus Vidas  
poëta eruditus & elegans libellum fecit. Nihil, aiunt  
habere iucunditatis, constare quidem ingenio, sed  
ideo literatis minus idoneum, quod mentem stu-  
diis iam defatigatam, magis cessatione recreare,  
quam



quam nouo meditationis labore grauare oporteat: & tempus quo nihil sit pretiosius, ea ludi vanitate ineptè consumi: esse inuentum hominum nimis inertium, & ab otiosissimis frequentari. Hæc illi dicunt. N. Quod tuum est iudicium? P. Ego rem in medio relinquo: caret certè ignominia, & principibus etiam viris non improbatur. N. De alea velim aliquanto vberius differas. P. Aleæ ludus à Palamede Nauplij filio apud Troiam in castris ad militum otium oblectandum excogitatus putatur. Quidam hunc Palamedem latrunculorum auctorem prodiderūt. Plato scribit Theut priscum quendam Deum talos & aleas inuenisse, Herodotus autem libro I. Lydiis hoc inuentum tribuit. Interdictum olim huncce ludum Romæ fuisse indicat Horatius.

*-ludere Doctior,*

*Seu Græco inbeas trocho,*

*Seu malis verita legibus alea.*

Vlpianus quidem libro Pandect. X. titulo, de aleatoribus, eiusmodi Prætoris edictum producit. *Prætor ait, si quis cum, apud quem alea lusum esse diceretur, verberauerit, damnūve ei dederit, siue qui eo tēpore domo eius subtractum est, iudiciū nō dabo. In eum qui alea ludenda causa vim intulerit, uti queque res erit, animaduertam: Illud, Vira inferre,* Paulus Iureconsultus sic interpretatur. Cogere ad lusum vel ab initio, vel victi dum retinēt. Sapientibus & literatis viris semper odio fuit hic ludus. Plato adolescentem alea ludentem vidēs cū increparet, & ille: ob rem tam parua me obiurgas? At consuetudo non est res parua, subiecit Plato. Nolebat vir singularis in consuetudinē veniri ea in re, quam iudicabat vitio-

fissimam. Nunquámne audisti illud : Optimus aleator est nequissimus ? Et illud : Quanto melius, tanto peius ? N. Millies. P. Cum impudicis & ventri deditis coniungit aleones Catullus, vt ex societate hominum præstantiam perspicias.

*Quis hoc potest videre? quis potest pati,*

*Nisi impudicus, & vorax, & aleo?*

Et Neuius apud Festum : Pessimorum pessime, audax, ganeo, lucro, aleo, Cicero item 3. Off. cum mēdacibus, furacibus, ebriosis aleatores nominat. O genus lusorum nobilissimum. Quid talibus audacius, quid impudentius, quid in Deum atque homines execrationibus iaculandis exercitatus ? Domitianus Imperator, quoties occupationibus se relaxasset, iudebat tesseriis. Usque ad eò ceteræ iucunditates illi sordebant. Nero immanis illa bellua, in singula puncta, nescio quot aureorum millia constituisse dicitur. O aleam pretiosam, vereq; auream & argenteam. Fuge, mi fili, hoc turpissimum genus ludendi, si quidem ex re consultas tua. N. Et fugi, & fugiam quasi pestem quandam. Qui præter hos vitandi sunt ? P. Sortium ac diuinationum, quibus lethalis noxæ piaculo homines obstringuntur : homines, inquam, malè frugi, quos illa recreant. N. Non possum quin exclamem. Facile hic plus mali est, quàm illic boni. P. Funambulos, gesticulatores, duellatores, moriones in ordinem aleonum referre licet.

---

NOTÆ.

**E**DUCTVM) elegantiẽ usum habet hoc verbũ, quamuis rarum hac tempestate, cum pro nurrio & educa  
educas

*educas, usurpatur. Teren. Adelph. Inde ego hunc maiorem adolescentem adoptavi mihi, eduxi a paruulo, habui, amavi pro meo. MENTEM STVDIIIS) vide ann. 2. volum. CESSATIONE RECREARE) Cessare interdum est nihil agere, vacare: interdum intermittere, desistere; desinere, sinem facere: interdum quiescere, vel respirare. Vulgus pro hoc semper, otiari, feriari in ore habet. Cessator tamen ferè in vitio est. TEMPVS QVO NIHIL SIT PRETIOSIVS) Vide vol. 2. progym. 38. de parsimonia temporis. Ouid. 2. de Tristibus: Quisque alij lusus, Perdere rem charam tempora nostra solent. REM IN MADIO RELINQVO) Sub indice lis sit. Nolo meum iudicium in disquisitionem vocari. ALEÆ LVDVS) de variis variorum ludorum inventoribus Virg. Polydoris lib. 2. c. 13. LVDERE DOCTOR) Horat. lib. 3. Od. 24. Ouid. 2. de trist.*

Sunt aliis scriptæ, quibus alea luditur, artes:

Hoc est ad vestros non leue crimen auos.

Quo loco poëta genus hoc ludi pulchrè describit. CONSVETUDO NON EST RES PARVA) L'usage apréd aux chiens à mâger à l'attache: usage fait l'apprentif maistre. QVANTO MELIVS) Diogenes adolescenti qui cottabo iudebat in balneo *ἰοῦ βέλτιον, τοσῶτον χείρον*, quanto melius; tanto deterius. DOMITIANVS) vide annot. 2. vol. IN SINGVLA PVNCTA) in singulos iactus, à chacun coup, dicitur punctum temporis. Cic. Itaque ne punctum quidem temporis in ipsa fortuna fuisset. Est quando pro calculis sine suffragiis: Cic. Planc. nam quod questus es plures testes te habere quam quot in ea tribu puncta tuleris. Horat. art. Omne tulit punctum qui miscuit vile dulci. VEREQVE AVREAM) sic Propert. Aurea nunc verè sunt secula, plurimus nuro Venit honos. Et Ouid. 1. Fast. In pretio pretium

nunc est, LETHALIS NOXÆ) vulgo peccatum mortale. Latine peccatum capitale, mortifera culpa, crimen lethale, Peché mortel. EVNAMBVLVS) neurobas, funerepos, vn danseur sur corde. GESTICVLATORES) Ioueurs de farces, & morisques, qui representent les contenâces & mines des personnes. DVELLATORES) Guerroyeurs, combattans. MORIONES) des fols.

PROGYMNASMA  
VIGESIMVMSEPTIMVM.

Formula bene precandi.

DIDASCALVS, BERNARDINVS,  
CAECILIVS, FVSCVLVS.



IDASCALVS. Formulas illas, quibus alicui, aut aliquibus Latine, moreque Christiano bene precari possumus, mihi recitate. Bernardine. B. Hem Praceptor. D. Quibus verbis peregrè abeunti, seu in viam se danti optares prospera? B. Istis. Hoc iter felix faustumque tibi sit. D. Aliter. B. Faxit Deus, uti saluus & incolumis reuertare. Bene prosperèque istuc tibi itinere eueniat. Angelus Domini te per hanc viam comitetur. D. Quibus peregrè redeunti? B. Optatus mihi & charus accidit tuis iste reditus. Reditione tua multum me exhilaratum sentio. Quod sanus reuenteris, gaudeo. Deo sit laus, qui te firmum valentemque nobis restituit. Tua reuersione etiam atque otiam lator. D. Prudentibus & cœnantibus bene precare

precare Cæcili. C. *Escam potumque vestrum Deus benedicat. Sit vobis hoc prandium, seu cæna salutaris, Utinam ista epule conducant vestris corporibus.* D. Ad te mox redibo Bernardine, si Fusculum interroga- uero. Age Fuscule, quid dices ægrotanti, quod au- diat quam libentissimè? F. *Deus Opt. Max. tui miser- tus, valetudinem tibi redintegret.* D. Dic reliqua, nam plures recordor me dictasse vobis. F. *Ab hac febris, ab ista colica, ab isto morbo liberet te Christus, qui san- nauit omnem languorem.* CHRISTVS IESVS Dei filius, te famulum suum sanare dignetur. Cœlestis ille medicus te curare pro sua misericordia bonitatèque velit. Auctor & largitor vita tibi vitam producat. Ex ista ægrotatione Dominus noster IESVS CHRIS- TVS te clementer eripiat. Medicinam malo tuo fa- ciat misericors Dominus. Leuare dolores tuos, & de- pellere morbum istum dignabitur omnipotens pater. D. Sat multas. Quid sternutanti Bernardine? B. *Deus te seruet, sit saluti.* D. Nihil aliud? B. Nihil, quòd sciam, aliud dixisti in hoc genere. D. Propinanti seu bi- benti? B. *Sit saluti, prosit, proficiat, conaucat, qua vul- gi sunt. Sit felix haustus, sit salubris potio, bibe salutem.* Accipio perlibenter. D. Diem & noctem? B. *Hic tibi dies candidus illuxerit, felix procedat tibi hic dies. Hac nox tibi commoda transigatur, prosperam, placi- dam tibi istam noctem precor: somnus tibi placatus contingat.* D. Si quis vxorem ducturus sit domum, qua ratione precabimur bona Cæcili? C. *Matrimo- nium tibi Deus Superique omnes fortunent. Nuptias istas Deus sanctificet. Quod tibi sempiternum salutare sit procreandis liberis. Quod Raguel Tobia iuniori & Sara filia coniugio copulandis, idem ego tibi tueque*

precor. *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis.* D. Optatō aliquid boni honorem adipiscentibus, *Fuscule.* F. *Hic honor tibi perpetuus sit. Deus hanc gloriam, istud decus tibi perpetuum faciat. Hunc honorem Deus tibi conseruet atque augeat. Gratulor tibi honore isto, Deus faxit ut eo dignus maneat.* D. Opus quodpiam aggredienti. F. *Quod bene vertat. Quod faustē feliciterque cadat, eueniat. Tuis cœptis adsit Deus. Cœpto aspirer I E S V S. Deus incepta tua ad exitum felicem perducatur. Deus hunc laborem tuum fortunet.* D. Nouo anno ineunte, quæ bona verba dicemus? F. *Hic annus tibi faustus procedat. Vne hunc annum sanus & incolumis.* D. Nihil est præteritum. Amo vos multum de memoria & diligentia.

---

N O T A E.

**C**OLICA) Subaudi edhvn. Intestinorum dolor, vne Colique. Habent & poeta suas bene precandi formulas, siue faustos precentur *Luciferos, & candidos ire dies, siue nouas faustasque calendas, siue letam Iani bifrontem, siue ut placidos sopor irriget artus, siue ut benigna hominum mater, & cunctis exoptanda sanitas languidos artus aura foueat salubri, seu ne tabes edat immerentem iuuentam, & his plures, quas in presens vel insinuasse satis videri potest.* MATRIMONIUM) Notemus quæ ex hac voce coniunctiones verborum fiant. In matrimonio collocare, in matrimonium dare, in matrimonium ducere, in ma

*in matrimonio habere, matrimonium alicuius tenere, de muliere.*

---

PROGYMNASMA

VIGESIMVMOCTAVVM.

95

*Missæ sacrificium, & instrumen-  
tum sacrum.*

MACARIVS, SEBASTIANVS,  
VICTORINVS.



MACARIVS. Cùm tua peruideas oculis  
male lippus inunctis,

Cur in amicorum vitiiis tam cernis acu-  
tum,

Quàm aut aquila, aut serpens Epidau-  
rius?

S. Eho, in me istos versus, de Satyra (si ritè recor-  
dor) an in Victorinum? M. In te. S. In me? M. Dixi.  
S. Haud equidem auspicaò huc me attuli. Quid  
hic sibi vult? M. Quid vult? Te admonere, vt antè  
trabem de oculo tuo, quàm festucam de alieno. S.  
Videlicet hoc insinuas. Quoniã paullò antè culpas  
tibi quasdam exprobrauerim; quod ad rem diuinam  
tardius nonnunquam accederes; quod sacris ali-  
quando nondum absolutis furtim te proriperes;  
quod susurrationibus vicinos impleres, haud pru-  
denter, nec humaniter me egisse, vtpote qui plura  
offenderim. M. Bene augurare, & testem laudo Vi-  
ctorinum, quàm tu interea dum sacra fiunt, egre-

gius sis & spectatu dignus. V. Testimonium mihi Macarius denuntiat, vt audis, testimonium in te dicam. S. Res de compacto geritur, & in caput meum infidiæ componuntur, in me isthæc faba cuditur. Hoccine placet? M. Tu vt te in fontem culpâq; vacuum haberi postules? S. Remotior sum ab erratis, quam vterq; vestrâ. V. Tun' istuc tanta confidentia? S. Verum est, veritas liberè proloquenda est. V. Commemorabimus igitur honoris tui causâ, quas virtutes tuas, morumque elegantias tempore sacrorum obseruauerimus. S. Vos, quod & quantum libuerit commemorate, nihil interdico: ego deinde credam quæ voluero. M. Centum testibus te coarguam, si negaueris. S. Titiuillitium, scarabæi umbræ. Me solere in templis aut sacellis adesse ad sacrificium festis ac non festis diebus pro certo noui. V. Id non damus vitio, laudi potius. S. Hoc etiam certo certius est, me adesse corpore ad omnem modestiam, religionemque composito, nec, vt vos, circumspicere. M. Hoc secus est, habes caput versatile, & curiosè oculos huc illuc iactas. S. Semel, si fortè, in hebdomade. V. Semel? in vna missa vicies. S. Pro Superi. quid est mentiri, si hoc non est? M. Amabo, num hoc quoque inficiabere, te incubare sedilibus, & vnum duntaxat genu humi figere, quales Iudæi CHRISTVM per ludibrium adorantes piguntur? hoc vtique refugeres, si tot Angelorum myriadas præsentés altare facienti cogitares. S. Si quando in durum & frigidum lapidem incido, cum puluillo & chirothecis, quas subiiciam more vestro, caream, tum cogor mutare genua præsertim vbi sacrum est longum. V. Quid longum? Post recitatum Euangelium.



lium procumbitur primùm in genua. S. At manemus nixi genibus, donec sacerdos ad populum conuersus, sublata manu figuram crucis exprefferit, benèque precatus eum dimiserit. M. Est vnus horæ quarta pars totum illud interuallum. S. Quando canitur musicè, est vnus horæ propemodum. M. Cur non pudet? fœminæ hoc faciunt. S. Viri tamen, quos me imitari honestius est, hoc non faciunt. Fœminarum mores nihil moror. V. Ut inuitus genibus iste nititur? M. Quæ sunt tuæ preces? S. Rosarium, quas tu nuperrimè, nescio quo auctore fretus, sphæras precatorias appellabas; tam bellam Latinitatem stupefcente Nizolio. M. Tu, si displicet, ne vtare: interim exhibe Rosarium. S. Nolo. V. Nulum habet; quid tu caluum vellis? S. Mecum non tuli, domi reliqui. An ego tanquam monachus de cingulo suspensum circumferrem? V. Non hoc iubeo, sed vt alij, in sacculo sub tunica gestares. S. E libello quoque precationibus operam dare conceditur, aut meditari quippiam de Passione Domini. M. Nunc aliquid dicis. Eia, de Passione. Veruntamè insolèter ac rarò in manibus tuis libellum animaduerto. Virgilium quidem ab hinc triduum versabas ac fortassis cum pœta Musam, aut Æolum cum Iunone orabas. V. Aspexi cum Æsopi fabellas legeret. S. Hoc demum est aspectu vagari, & foris oculatum, domi cæcum esse, ad alium cogere medicos, ipsum scatere vlcerebus. M. Casu fit, vt quis interdum circumspiciat, aliorumque ineptias intueatur. S. Num aliud est, quo me accuses? V. Est. S. Quid ergo est? V. Cum nomen I E S V aut M A R I Æ pronunciat, non inclinas genu, nisi rarissimè. M. Hoc verè rusticanum, non vrbicum est. S. Falsum est. V.

Non

Non falsum est, sed rusticanum est. S. At ego dico illum & te falsum loqui. An verò credis nihil notasse me, quod tibi iuste exprobrem? V. Mihin? S. Ita. V. Mihine? S. Tibi ergo. V. Profer si audes. S. Per dies proximè elapsos quis Sacerdoti sacris operanti ministravit? V. Ego. S. Tenes artem. V. Melius quàm tu & Macarius. M. Cauè ne cum dixeris malè, peius audias. V. Quod res est affirmo: Nam tu nescis nolam, seu tintinabulum pulsare, cum hostia salutaris sublimè tollitur; & ille cæceus non didicit emungere. S. Sed heus, quando tu hesternò die in simpulo, seu ampulla aquam pro vino porrexisti, lectaque epistola AMEN respondisti, quis lapsus fuit? linguæ an memoriæ? V. Non recòrdor huius foelicissimi. M. Tam citò oblitus? at illud, puto, non effluxit, quod cum sacrosanctam hostiam supra verticem attollere Sacerbos pararet, tu facem non accenderis. Aspergillum præterea, seu lustricum aspersorium incommodè præbe, aquiminius seu sitellam æneam cum lustrali aqua malè sustines. Creabimus te ædituum, si vis: magis enim idoneus esse nemo potest, claret hoc. V. Irritavi carbones. Quo in ludo eruditi estis vos? M. Magister nos aptè instituendos curauit: quid quæris? V. Si quod pretium dedistis, facite restituatur, siquidem imperitè videmini instituti. S. Mittamus hanc litem, & pro se quisque det operam, sacra peragentibus scite, ciuilemque in modum inferuire, quæque in audienda missa obseruanda sunt, obseruet in posterum diligentius. Potésne nobis enumerare, Victorine, quæ sacerdoti ad liturgiam opus sunt? V. Facillimè. M. Arrigimus aures. V. Vos forsàsè aliquid à me vultis discere. S. Non, sed te docere

gere, vbi hēsitaueris: nos quippe ista pridem scimus. V. Vt vt sit, non me pigebit documentum dare sedulitatis meæ: tamen ea conditione, vt quæ petiuero, vos etiam reddatis mihi memoriter. M. Habebis id. V. Hoc insuper oro, vt Ciceronem, Liuium, & alios latinitatis architectos ab istis liminibus, tanquam profanos arceatis: hoc est, ne me cogatis ex eorum arculis omnia sumere. Nam vbi res aliqua non fuit, quo pacto nomen eius extare potuit? Similitudo quædam rerum veterum ac nouarum, & in hoc, & in aliis permultis generibus efficit, vt non pauca latinis vocibus afficere possimus. S. Quin die modò. V. Epomidem lineam appello, quod super-humerale vulgus Clericorum. Sequitur alba, & subauditur vestis. Hæc est illa lintea, & prælonga ac laciniosa tunica, manicis laxissimis, quam sacrificaturus induit, illiusque vestis gerit imaginem, qua Christum Herodes contumeliosè, vt fatuum operuit. Cingulum flagella significat, Manipulus id est, fascia illa in sinistro brachio, funes, quibus ad columnam est alligatus. Stola laqueos collo eius iniectos, cum ab vno iudice ad alium raptaretur. Casula, purpuram, quam milites eidem in prætorio circumdederunt; quod vestimentum cruce a tergo ferè insignitur. Ea quid moneat, nimis est manifestum. S. Cogitandum subiicit sanctā illam ligneamque crucem, in qua tribus clauis affixa mundi salus pependit. Tu hæc mysteria in commentario aliquo legisti. V. Et legi, & explicationes istas audiui a magistro puerulus, cum rudimenta fidei nobis interpretaretur. Locus vbi se vestiunt sacerdotes, & sacra supellex reponitur, a quibusdam vestiarius, communiore voce sacrarium nominatur. Etiam dici poterunt

terunt templi penetralia, & adyta. Sacrificiam qui nominat, nulla necessitate loquitur barbarè. M. Procedere ad reliqua. V. Opus est item calice, opus patena (sic enim maluerunt, cum tamen sit patina; & rectè, quia ipsa hostia sanctissima cibus est, & cibus dicitur: Caro mea verè est cibus) Calici quadratum, sed duratum, & linteum tegumen imponitur, palmam vocant. Ad eum præterea & os extergendum adest quasi sudariolum, quod purificatoriū dicunt. Operitur calix velo serico, byssino, aut alioqui non abiecto. Expanditur item super aram corporale, linteum filo subtilissimo; quo admonemur illius mundæ sindonis, qua corpus Domini exanime inuolutum scribitur. Id in theca reponitur. Longus sum nimium, si singula declarem quid velint. S. Non requirimus. V. Adhuc opus est hostia, è similagine seu triticea farina, opus est aqua, vino, libro missarum, cui missale nomen fecerunt. Ille, quosq; Pontificalia, & Agendas vocant, Romano vocabulo rituales libri nominabuntur, vt omnes sacræ carimonæ, ritus. Vasculum, vnde populo Eucharistia promitur, ciborium, à genere poculi capacissimo, cui simile est. Id aurea plerumque, seu bombycina pallula, siue chlamyda contegitur. Quid amplius à me desideratis? S. Præstitisti quod voluimus, & placuisti. V. Dic tu Sebastiane ex pactis & conuentis de ara, seu altari. S. In altari, cui palla præteditur, artificio quodam plerumq; elaborata, sunt candelabra stannea, lignea, alabastrina, ænea, argentea, inaurata, quibus infiguntur cerei flauii, candidi. Item imagines, signa, statuæ, icones, sigillaria, simulacra (quanquam hoc verbi, vt sculptile, sacræ Scripturæ, & Ecclesiastici Doctores ad gentium idola semper trans

transferunt: vti etiam fanum & delubrum potius de Ethnicis, quàm de Christianis templi vt vsurpentur, mos vetus obtinuit) Est autem a simulando ductum, quòd simulet & imitetur veritatē corporum. M. Quid volunt sigillaria? S. Imagunculæ, statuæq; cubitales aut palmares sunt, fusili opere de metallo, seu tomento & serico compositæ. Supedaneum quod statuarum pedibus subiectum est, & basis ipsa. Tegitur item ara velis tribus. Qui autem pannus lineus in medio, vnius cubiti & semis latus, duorum longus, interdum extenditur, substratorium à substernendo dicitur. Adhæc in altaribus Sanctorum ossa, cineres, quæque nomine reliquiarum intelliguntur, in thecis & vasculis proponi solent. Flores etiam in ampullis testaceis, cupreis, & argenteis, ad ornatum. Nihil me arbitror prætermisisse. M. Quid à me? V. Cætera quæ ad sacerdotem pertinent. M. Liber sacerdotis, vnde preces horarias facit, appellatur breuiarium: ducta voce à Iureconsultis, apud quos breuiariæ rationes dicuntur, in breuiarium, hoc est, epitomen & compendium contractæ; ac proinde breuiarium est epitome. Et quid hic aliud est, nisi sacrorum librorum quædam epitome? Vtitur hac voce Suetonius in Augusto, pro summario siue compendio. Fecit & breuiarium, inquit, totius imperij, quantum militum sub signis vbique esset, quantum pecuniæ in ærario & fiscis, & vectigalium residuis. Item Plin. lib. 18. Verum vt pariter omnis culturæ breuiarium peragatur. Linteus ille amictus & candidus, seu amiculum album, rugosum siue striatum, ineptè superpelliceum appellatur; nullæ sunt tibi pelles. Sacerdotes eo indutos quidam candidatos, albatos & linteatos nuncupauerunt. Deinde

de Sacerdotes quidam sunt Curiones (barbaris Curati siue Parochi) templum & cœtus hominum ipsorum auctoritati subiectus Parochia, seu Parœcia. Ordines Clericorum, per quos ad sacerdotium ascenditur sunt Ostiariorum, Exorcistarum, Lectorum, Acolithorum, Hypodiaconorum, Diaconorum. Sacerdotis est sacra facere, thus adolere. Arcula in qua thura seruantur acerra, vas vnde fit odorata sufficio, thuribulum nomen habet. Est item officij eius Eucharistiam distribuere, confessiones excipere, moribundos sacro oleo perungere, baptismo seu sacro fonte infantes aspergere, matrimonio nubentes coniungere. Initiatio, seu sacrorum ordinum collatio, chrismatis vnctio Episcopi ac Suffraganei est, quam initiatorem licebit appellatis. Nihil restat. S. Omnes doctè.

---

NOTÆ.

**SERPENS EPIDAVRIVS**) anguis *Æsculapio* sacer, dictus ab oppido *Epidauro* Peloponesi. Habent autem plerique serpentes acerrimum oculorum sensum, unde dracones à videndi vi nomen inuenerunt. **IN ME ISTHÆC FABA CVDITVR**) *Terent. in Eunuch.* at enim isthac in me cudetur faba, id est, in me malum hoc recidet, in me hac vindicabitur culpa, l'en portera y la baste. **TITIVILLITIVM SCARABÆI VMBRÆ**) bayes. Vide annot. 2. volum. **ADESSE AD SACRIFICIVM**) Interesse rei diuine, rei sacre, sacrificio. *Mystes* verò siue sacerdos dicitur rem sacram, rem diuinam peragere, facere, &c. non celebrare, legere, facere *Missam*, qui sunt *Barbarorum* flosculi. Plura

Plura de his in annot. MYRIADAS) μυριάς dena millia hominum complectitur. Sape est infinita multitudo, & certus numerus pro incerto. De Angelis facienti adstantibus D. Chrysostomus in libr. ωπει τρεοοβvns. Facere autem pro sacrificare Latinis veteribus haud inusitatum cernes. BENEQVE PRECATVS) Apres qu'il a doné la benediction. CANITVR MVSICE) Quâd l'on chante en musique. CALVVM VELLIS) φαλακρὸν τίλλεσ. cum auferre quis conatur aliquid ab eo quo vocat is à quo petitur, ut ab inopite pecuniam, à nudo vestem, aquam è pumice. FORIS OCVLATVM, &c.) aliena curare, propria negligere, cum contrâ tua tibi res imprimis agenda, deinde aliena forent. Prompt à taxer l'imperfection qu'est en son voisin. SACRIS OPERANTI) & operari simpliciter, absque casu. DIXERIS MALE, PEIVS AVDIAS) Vide vol. 2. prog. 23. CREABIMVS TE EDITVVM) Antiquius est editimus. Varro de re Rust. lib. 1. c. 2. Sementinis feriis in eadem Telluris veneram, rogatus ab editimo, ut dicere didicimus à patribus nostris: ut corrigimur à recentibus urbanis, ab edituo. IRRITAVI CRABRONES) Plaut. Amphy. irritabis crabrones. Reueiller le chien qui dort, natum proverbiū ab his, qui student eximere vespas è caavernulis suis. EPOMIDEM LINEAM) Gracū vocabulum à prepos. ἐπι & ὤμῳ, humerus. Insignia quoque sunt eorum, qui in Academiis inaugurateur, publicisque honoribus Magistrorum Doctorūmq, afficiuntur, Cornette ou chaperon de Docteur. LACINIOSA TVNICA) vn saye plissé. SIMILAGINE) Fleur de froment. PALLA PRÆTENDITVR) vulgò antipendium. SIGILLARIA) statua, humano corpore minores. Petites images pour faire iouër les enfans, comme poupees & semblables, vel, Les baguettes

quant l'on porte deuant les Consuls ou Escheuins à la procession. SIMVLACRA) *hoc tempore*, des idoles, *ut & sculptilia*, *vide ann.* AMICVLVM ILLVD ALBVM) vn Surply. CVRIONES) *Curia, vicinia, quarum curam gerit parochus, iisdemque sacra administrat, unde curio.* PAROCHVS) ἀπὸ τῆς παρῆχης à probendo. PARÆCHIA) & Parochus ipse Paracus à παρὰ δὲ κείῃ, *iuxta habito.* EXORCISTARVM) Ἐξορκιστῶν adiuro, Ἐξορκιστῆς, qui scelestos spiritus ex humanis corporibus, verborum sacrorum vi & adiuratione expellit. ACHOLVTHORVM) ἀκολούθῳ sequor, ἀκόλουτος, qui Sacerdotem consequitur, aut minister sacerdotis. HYPODIACONORVM) vulgò subdiaconos vocant. INITIATORVM) vn Suffragant.

91

PROGYMNASMA  
VIGESIMVMNONVM.

*Catechismus.*

HIPPOLITVS, VITALIS.

**H**IPPOLITVS. Latus sum. V. Quamobrem? H. Quia didici. V. Quid didicisti? H. Catechismum. V. Totumne, & ad verbum? H. Totum, ad verbum. V. Quis tam breui spatio libellum paginarum aded non paucarum? H. Diligentia quid non vincit? eam mihi subsidio comparavi. V. Atqui nec ego segniter ad hoc ipsum incubui, tamen vix dimidiatum comprehendi: itaque animi valde discrutior. H. Fortassis memoria non perinde vales. V. Hæc caussa est, vti conicio. Quando reddemus ex memoria? H. Perendie  
ante



ante meridiem, ita iussit Præceptor nobis renuntia-  
 ri. V. Interea discam plurima. H. Non me supera-  
 bis. V. Quid ita verò? H. Quia post finem quò ego  
 peruenit, restat nihil. V. Intelligisne totum? H. Im-  
 mò etiam. V. Reliquum est, si & memoria tenes, &  
 probè intelligis, vti secundum eius doctrinam vi-  
 uas. H. Viuam, Deo iuuante. Et tu, quamuis non  
 teneas, nihilominus decem præcepta custodire de-  
 bes, & alia quæ ibi mandatur, quæ ad duo capita re-  
 diguntur: declinare à malo, & facere bonum. V. Scio  
 nobis Catholicis temperandum à vitiis & crimini-  
 bus, studendumque virtutibus, & fidem sine operi-  
 bus esse mortuam. H. Inuitavit me quoque permul-  
 tum genitor, qui, si scirem perfectè, non vile præmiũ  
 mihi se daturum appromisit. V. Quod? H. Pallium  
 nouum panni optimi. V. Satis honestum magnumque  
 præmium. H. Quid tu expectas? V. Præter laudatiun-  
 culam à præceptore nihil, si sciuerò; præter verbera  
 similiter nihil, si ignorauerò. H. Vtraque merces sua  
 mercede condigna est. Sed vis te audiam prius,  
 quàm in gymnasio recitas. V. Admodum. H. Vbi? V.  
 Domi meæ. H. Quo tempore? V. Cras post meri-  
 diem, cum scilicet à studiis erit otium. H. Accedam  
 igitur ad te? VITALIS. Accede.

---

 NOTÆ.

CATECHISMVS) à κατήχηση instituo, informo. κα-  
 τηχισμός institutio, doctrina, disciplina, rudi-  
 menta doctrina Christiana, AD VERBUM) Barbari, de  
 verbo ad verbum. Cicero de finibus. Fabellas Latinas ad

verbum de Græcis expressas non inuiri legunt. DILIGENTIA QVOD NON VINCIT) peine & diligence penetre & fend les rochers, ou diligence surmonte toutes choses. VIX DIMIDIATVM) quod sit discrimen inter dimidiatum & dimidium, vide ann. progym. 32. vol. 2. ANIMI VALDE DISCVTIOR) His similes phrasés quere vol. 2. Progym. 30. in annot. NOBIS CATHOLICIS) Immo omnibus, ab omnibus vitiis abstinendum, operaq; danda virtutibus, etsi non omnes, qui à Catholica religione alieni sunt, hoc sibi persuasum habeant. De nominibus fidelium, nempe istis, Christianus, Catholicus, Orthodoxus, Neophytus, Catechumenus, Competens, Laicus, Profelytus, Isidor. libro 7. cap. 14.

HA





# HADRIANI CARDINALIS

DE SERMONE LA-  
TINO EPITOME.



A.



LIVD, alius, aliter, contra, secus, iuxta,  
statim, proximè, par, æque, idem, simile,  
magis, pariter: quandoque etiam compa-  
ratiuum, & alia nonnulla, eleganter post  
se particulas, ac, atque, ut, quam obtinet.

Alius aliud cum particula

Ac.

TERENTIUS in Phormio. Aliud mihi respon-  
des, ac rogo. Varro de re Rustica. Armentarius non a-  
liud, ac bubulcus. Cicero in Verrem: Ne alio mēse, ac fas  
erat comitiæ haberentur. Idem de Oratore: Potest enim  
non solum aliud mihi, ac tibi, sed mihi ipsi aliud alias vi-  
deri. Cæsar in Comment. Qui longè alia ratione, ac reli-  
qui Galli bellum gerūt. T. Lilius. Aliam suam, ac trans-  
fugarum causam esse.

De alio cum particula Atque.

PLAUTVS in Pseudolo: Illi sunt alio ingenio,  
atque tu. Terentius in Andr. Alium nunc censes esse  
me, atque olim cum dabam. Idem in Eunuchio, Vereor

M 3

ne aliorum, atque ego feci acceperit. Cicero pro Plancio: Nec erit haec alia ratio Plancio, atque Latorensi. Idem Lentulo: Non alius essem, utque nunc. Caesar in Lorment. Docet longè alia ratione esse bellum gerendum, atque antea gestum sit. Idem ibidem: Longè aliud sibi capiendum consilium, atque antea censerat. Sallustius in Catilina: ad haec quicumque aliarum partium, atque Senatus erant, conturbari Rempublicam quam minus valere ipsi malebant.

C. Caesar in anticatione prior: Vno enim excepto, què aliusmodi atque omnis natura finxit, suos quisque habet charos. Caelius in primo: Neque ipsi eos alij modi esse atque Hamilcar dixit. Vbi aduertendum, Alij esse patrij casus, quemadmodum & alius, quod non solum masculino, verum etiam in feminino genere ostenditur. Caelius in primo: Antequam Barca perierat, alij rei causa in Africam missus.

De particula Similiter, cum Ac,

Atque, Vt.

CICERO de Natura Deorum: Tu autem quid quaeris? similiter facis, ac si me roges. Idem in Philippica prima: Neque verò illum similiter atque ipse eram, commotum esse vidi. Idem de Officiis: Similiter eos facere, qui inter se contenderent, vter Reipublicae potius administraret: ut si nautae inter se certarent, quis eorum potissimum gubernaret.

De particula Simili, ac Dissimili, cum

Atque, & Ac.

PLAUTVS in Bacchid. Haud consimili ingenio atque illic est. Terentius in prologo Phorm. Ne simili utamur fortuna, atque vsi sumus. Cicero pro C. Rabirio: Et similis viri tu ulcisceris patris mortem, atque ille persequeretur fratris sui? Idem de finibus. Itaque & similis erit

lis erit finis boni, atque antea fuerat. Idem de lege Agraria: Hic tamen excipit Pompeium simillimè, ut mihi videtur, atque in illa lege. Liviùs Similem pauorem inde, fugamque fore, ac bello Gallico fuerat. Cic. Attico: Aut quiescendum quod dissimile, atque ire in Selonium, aut Antium. T. Liviùs. Hac sunt Tribuni consilia vestra, haud hercle dissimilia, ac si quis egro, qui curari se fortiter passus, exemplo conualescere possit.

De particula Item, cum Atque, & Vt.

VARRO de lingua Latina: Analogia non item ea diffinienda, quæ dirigitur ad naturam verborum, atque illa, quæ ad usum loquendi. Idem de re rusti: Hosce item ut equulos, & educunt, & alunt.

De comparatiuo cum Ac, & Atque.

CICER. Att. Mihi quidem videtur diutius abfuturus, ac vellem. Catull. Illi non minùs ac tibi, pectore vritur intimo flam. ia. sed penitè magis. Horat. Inachia languet minùs, ac me. Plaut. in Merc. Amicior mihi nullus viuit, atque is est. Terent. in And. Non Apollinis magis verum, atque hoc est.

Horatius.

Arctius atque hedera procera, adstringitur illex.

De particula Secus, cum Ac, Atque, Quàm.

PLAVTVS in Captiuis: Ne me secus honore honestes, quàm ego te. Cicero de Oratore: Me non multò secus facere, cum de oratore disputem, ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum. Idem pro Lucio Murena: Non secus ac si meus esses frater. Idem de Oratore: Sed paulo secus à me atque illo, distributa. Ibidem: Sed aliquantò secus, atque in tradenda arte dici solet. Virg. Haud secus atque alto in luco. Idem: Haud secus, ac iussi faciunt.

De particula Aliter, cum Ac, Atque.

PLAVTVS in Truculento: Sed lōgè aliter est amicus.

atque amator. Terentius in *Adelphis*: Nunquam te aliter atque es, in animum induxi meum. Varro de lingua Lat. Aliter atque in reliquis dicitur. Idem de re rustica: De emptione aliter dico, atque facio. Idem de lingua Latina: Hoc nunc aliter fit, atque olim. Cicero de oratore: Urbana etiam dissimulatio est, cum alia dicuntur, ac sentias. Ibidem: Cum aliter sentias ac loquere. Idem pro P. Sylla: Torquatus rursus in me irruit, me accusat: ait aliter ac dictum est, in tabulas publicas retulisse. Casar in comment. Sed ratio ordôque agminis aliter se habebat, ac Belga ad Nervios detulerant. Cicero pro Sexto Roscio. Aliter causam egi, atque ille existimaret.

De particula Contrà, cum Ac, Atque.

Quàm.

CICERO pro Corn. Balbo: Si denique aliquid quod non contrà, ac liceret, factum diceretur, sed contrà atque oporteret. Idem de Oratore: Vt contrà, ac dicat, accipi & sentiri velit. Sallust. in *Catilina*: Vbi vidit Catilinam contrà hæc ratus erat, contendere. Cic. pro P. Sylla: Iam enim faciam criminibus omnibus penè dissolutis, contrà atque in cæteris causis fieri solet. Casar in comment. Qui contrà atque esset dictum, prælium commississent. Cicero pro A. Cecinna: Miror te hoc in hac re alieno tempore, ac contrà quàm ista causa postulasset, defendisse. Idem pro Cluentio: Generi sui contrà quàm fas erat, amore capta.

De Particula Proximè, cum Atque.

Cicero De labella: Non possum ego non aut proximè atque ille, aut etiam æquè laborare.

De particula Statim, & Confestim, cum

Atque, Quàm, Vt.

Marcellus, De fidei commissariis libertatibus, l. Cum fidei

dei. Potest confestim *ut* fuerit alienatus petere. Vlpianus de adilitio edicto, l. *Ædiles*: Iudici eorum statim atque iudex factus est, omnium rerum officium incūbit. *Martia*, de officio proconsulis, l. *Omnes proconsules*: Statim quàm urbem egressi fuerint, habent iurisdictionem. *Paulus ad Senatusconsultum Velleianum*, l. *Debitrix*: Quamuis statim atque intercesserat mulier, competierat.

De particula, *Æquè & Perinde*, cum *Ac, Atque, Ut, Quàm, Et* primò de *Æquè, ac*.

*Plautus in Stichus*. Scis tute facta velle equè ac tu velis, *Terentius in Andria*: Quis miser equè ac ego? *Cicero Curioni*: Cui charus equè sis ac incundus, ac fuisti patri.

*Æquè, atque.*

*Plautus in Aulul*. Pumex nō equè aridus, atq; hic est senex, *Cæsar in Comment*. *Æquè* ferè latitudine, atque ille cōgestus ex materia. *Cicero pro Cluentio*: *Æquè* posthàc, atque illum dictatorium gladium pertinascamus.

*Æquè, quàm.*

*Plautus in Stichus*, *Ridiculus* equè nullus est, quàm dum esurit. *Tit. Linius*. An est, qui dubitet *Tribunos plebis* vllis iniuriis vestris equè, quàm munere patrum in plebem offensos esse?

*Æquè, vt.*

*Cicero pro domo sua*: Itaque libentissimè predicabo *Gn. Pompeium* studio & autoritate equè, vt vnumquemque vestrum, pro salute mea laborauisse.

*Tibullus*:

Nec tibi sit, mea lux, æquè tam feruida cura,  
Vt video paucos ante fuisse dies.

*Æquè, absolutè.*

*Terent. in Hecyra*: *Æquè eadem* studcant, velintque omnia.

Perindè, atque.

*T. Linius ab urbe cond. Perindè atque capta urbe.*

Perindè, vt.

*Cicero pro Cluent. Nam perindè vt opinio est de cuiuscunque moribus. T. Linius. Nec perindè vt maluisset. Ibid. Perindè vt eueniret res.*

Perindè, quasi.

*Cicero pro Pub. Quintio: Atque hæc perindè loquor, quasi illo ipso tempore, cum te prætor iussisset ex edicto possidere. Idem pro Clu. Perindè quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim. Idem pro eodem: Perindè quasi exitus rerum, non hominum consilia, legibus vt dicentur.*

De particula Par, ac Pariter, cum Ac,

Atque, Vt.

*Plautus in Meneshmis: Ecastor pariter hoc atque alias res soles. Idem in Aulularia: Pariter motatus, vt pater auisq; huius fuit. Cæsar in Comment. Pari spacio transmissus atque in Gallia est in Britanniam. Cicero de Natura Deorum: Neque enim mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit. Titus Linius. Trucidant feminas pariter ac viros. Idem Nequaquam pari ad parienda ea robore ac Romani fuissent.*

De particula Pro eo, cum Atque.

*Ulpianus de testamentis, l. Ad testum: Si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, verumtamen signauerit, pro eo est, atque si adhibitus non esset. Idem de noui operis nunciatione, l. Prætor: Pro eo habendum est, atque si nullo iure factum esset.*

De particula In partem, cum Atque.

*Cæsar in Comment. In partem iuris, atque ipsi erant, receperunt.*



De particula Idem, cum Ac, Atque.

*Plautus in Mœstel. Eundem animum oportet mihi esse gratum, ut imperavi, atque olim priusquam id extuli, cum illi subblandiebar. Varro de lingua Latina: idem ac diceretur, aut hic lepus, & hic nemus. Cato de re Rustica: Pomarium seminarium ad eundem modum, atque oleaginum facito. Titus Livius de bello Punico: Ipsa re intellecturos nequaquam idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare.*

De particula Iuxta, cum Ac, Atque, Mecum, Tecumque coniuncta, & quandoque absolute posita.

*Cicero post red. Officiis iuxta ac si meus frater esset, sustentavit. Sallustius in Jugurthino: Propterea transversis itineribus quotidie castra movere, iuxta ac si hostes adessent. Plautus in Asinaria: Dixi tibi mater, iuxta mecum rem tenes. Sallustius in Catilina: Nunc vero quò in loco res sitæ sunt, iuxta mecum omnes intelligitis. Plaut. in Persa: Iuxta tecum, si tu nescis, nescio. Ibid. Iuxta tecum eque scio. Sallust. in Jugurthino: Iuxta boni malique strenui, & imbecilles multi obtruncati sunt. Ibid. Neque loco, neque mortali cuquam, aut tempori satis credere, cives hostes iuxta metuere. Tit. Livius. Absentium bona iuxta, atque interemptorum diuisa fuerunt. Ibidem: Trucidant inermes iuxta atque armatos. Idem de bello Punico: Navales socij iuxta effusi, ac si insulas pradarentur.*

#### A L T E R.

**Q**U I S non dicit unū, & duo? Primū & secundum? **Q**U O quis non dicit vicesimo primo die? semel & bis? Perfectissimo illo seculo, non unum & duo, sed unum & alterum: non semper primū & secundum, sed frequentius primum & alterum: nō vicesimo primo die, sed altero & vicesimo

viceſimo die: non ſemel & bis, ſed ſemel & iterum dicebant. Terent. Venit vnus & item alter. Cicero Attico: Quid enim eſt tantum in vno aut altero die? Virgilius. Tamque dies, alterq; dies proceſſit. Aſen. De iudiciis. l. Proponebatur: Sinnus, aut alter. Quoloco multi ſerè ſemper dicunt, primum & ſecundum: Veteros illi plerunque primum & alterum dicebant. Cato de re ruſtica: Prima eſt lenis, altera eſt criſpa. Cicero in Verrem: Alterum, tertium, quartum: permulta erant eiufmodi nomina. Idem pro A. Cluentio: Vnum, alterum, tertium annum Saxia quieſcebat. Horatius: Mille talenta rotundentur, tot idem altera, porro tertia ſuccedant.

Videre etiam licet, quanta ſit venuſtas in iis dicendi modis, Alterum tantum, tria tanta, ſexcenta tanta, bis tanta. Plautus in Epidicio: Imò etiam ſi alterum tamen perdendum eſt. Cicero de Oratore: Vt necesse ſit pariem pedis aut equalem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe maiorem. Plautus in Trinummus: Tribus tantis illis minus reddit, quam obſeneris. Idem in Bacch. Sexcenta tanta reddam, ſi vino, tibi. Idem in Mercatore: Imo bis tanto valeo, quam valui prius. Idem in Amphitruone: Bis tanto amici ſunt inter ſe, quam prius. Varro libr. 3. rerum ruſti. Ea pars reddiderit eo anno bis tantum, quam tuus fundus.

His ſubiiciam auctoritates de modo dicendi, quem prepoſui de Altero & viceſimo, & his ſimilibus Cicero pro Cornificio: Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero & viceſimo die (ut dicebat) reddidit. Idem pro Milone, vbi particulam alter, poſtponit, cum ſuperius eam prepoſuiſſet: Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodij, & opinor altera T. Lilius. Anno triceſimo altero, quam condita Roma erat. Idem tandem mutato aliquantulum dicendi genere, ibidem dixit: Vna

et viginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est. Et ibidem: Signa unum et triginta capta.

Idem seruauere elegantissimi illi viri in aduerbiis, semel, iterum, tertium, ut supra diximus: quo loco ineptissime dicunt, semel, bis, ter: vel, semel, secundo, tertio. Cicero in Bruto. Antistius Piso saepe dicebat, minus saepe Pomponius, raro Carbo, semel aut iterum Philippus. Idem de diuinatione: Quod semel ille, iterumque neglexit. Titus Liuius: Iulium ter, Virginum iterum apud Marcum Licinium inuenio. Ibidem: Iterum ac tertio venisse tradunt. Ille alter, frequenti in usu apud antiquos reperitur, parum tamen hactenus obseruatum. Cicero Attico: De illo altero quem scribis tibi visum esse non alienum. Eidem: De illo altero scio equidem venire nunc nil posse. Sallust. in Catil. Adherbalem, omnesque qui sub imperio Micipsa fuerant, metus innadit, in duas partes discedunt: Numida plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores.

Sed nota, non semper dici, unum et alterum, vel primum et alterum, sed quandoque dici, alterum et alterum, loco utriusque. Cicero de diuinat. Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent, et Megaram venissent, alterum ad cauponem diuertisse, ad hospitem alterum. Idem de Natura Deorum: Non vides Solem Deum esse, Lunamque quorum alterum Apollinem Graeci, alteram Dianam putant: Idem pro Q. Ligario: Ergo haec duo tempora carent crimine: unum cum est legatus profectus, alterum cum effragitatus a provincia praepositus Africa est. Tertium tempus est, quo post aduentum Vari in Africa restitit.

## A D E O.

**P**ATRICVLAE huic veteres illi coniunctionem Atque praeponebant, significare eam aliquando, Potius, aliquando.

quando. Etiam, voluerunt, ut infra aperte ostenditur Cicero Servio Sulp. Sed aliquid atque adeo multa afferant de suo. Trebonius Ciceroni: Nihil adolescente tuo, atque adeo nostro amabilius. Plautus in Casina: Esurio, atque adeo nunc haud parum sitio. Terent. Memini, atque adeo longum est expectare, Plautus in Amphitru. Imo prater me venio, atque adeo tu Blepharo iudex sis. Idem in Casina: Dum mihi volui huic dixi, atque adeo dum mihi cupio perperam iam dudum hercle fabulor.

ALLEGARE, LEGARE,  
Ablegare.

**M**VITI cum autorem aliquem in rem suam adducere aut citare volunt, allegare illum dicunt, cum allegare sit, quasi in legationem quem rogatum pro parvis priuatisque causis mittere: Legare pro publicis magnisque rebus. Ablegare vero est fere in exilium citare, aut à conspectu remouere, ut infra patebit.

Allegare.

Plaut. in Epid. Si allegassem aliquem ad hoc negotium. Idem in Pseudolo: Pseudolus tuus allegauit hunc. Idem in Casina: Pater allegauit villicum, qui posceret sibi istam uxorem, & subdit: Filius autem allegauit armigerum suum. Terent. in And. Te obsecro, ut non credas à me esse allegatum hunc senem. Cicero Catoni: Extremum, inquit, illud est, ut quasi diffidens rogationi mea Philosophiam ad te allegem.

Legare.

Salustius in Iugurthino: Legantur tamen in Africam maiores natu nobiles amplis honoribus vsi. Tit. Luuius de bello Macedon. Consulem legari ad id bellum placuit. Plautus in Amphitru. Delegit viros primorum principes, eos legat Telebois. Cicero pro Pub. Sextio: Ne isti quidem,

quidem, quos legatos non modò nullo Senatusconsulto, sed etiam impugante Senatu, tute tibi legasti. Idem ad Atticum: Me legatum iri non arbitrabar.

## Ablegare.

Plautus in Casina: Hinc adolescentē peregrè ablegavit pater. Teren. in Hecyr. Aliquò est mihi ablegandus, dum parit Philumena. Varro de re Rust. Pecus à prato ablegandum, & omne iumentum. Cicero Attico: A fratris adventu me ablegat. T. Livius. Sub tēpus pueros venatum ablegavit. Idem: Nisi tota procul Sicilia ablegarentur. Idem: Ablegatione iuventutis ad Veliternum bellum.

## A M P L I V S.

**A**MPLIVS comparatiuo eleganter antiqui vsi sunt, in quo obseruandum est, eos quandoque non solum ablatiuo, sed etiam accusatiuo, quandoque & nominatiuo sine particula, Quam, iunxisse. Idem fecerunt de particulis, Plus, Minus, Abhinc.

De particula Amplius, nominatiuo coniuncta.

Cicero pro Rosc. Comædo: Amplius sunt sex menses. Casar in Comment. Inueniebat e: captiuus Sabini flumē à castris suis non amplius decem millia passuum abesse. T. Liu. de bello Punico: Amplius populi fuerunt cētum viginti. ibidem: Amplius sex milia hominum capta.

De particula Amplius, accusatiuo coniuncta.

Cic. ad Atticū: Qui ager, ut dena iugera sint, nō amplius hominum quinque millia potest sustinere. Idem pro Roscio Comædo: Tu hoc nomen triēnium amplius in aduersariis iacere poteris? Casar in Comm. Cum ipsi non amplius octingentos equos haberēt. Virg. in Bucol. Treis pateat Cœli spaciū non amplius vlnas. Sallustius in Catilina: Quod amplius annos XXX. Tribunus atq; præfectus,

*etus, aut legatus fuerat. T. Linius ab urbe cond. Ceperunt amplius tria millia hominum.*

De particula Amplius, & Diutiùs,  
ablatiuo coniuncta.

*Terent. Sexaginta annos natus es, ut conuicio, & eò amplius. Cicero pro Roscio Comcedo: hoc nomen triennio amplius in aduersariis relinquebas. Casar in Comment. Quae castra, ut fumo atque ignibus significabatur, amplius passuum millibus octo in latitudinem patebant. Calius Ciceroni: Amplius quadraginta diebus mansit. Tit. Linius. Pugnatum amplius duabus horis est.*

De particula Plus, ablatiuo, accusatiuo, &  
nominatiuo iuncta: & primùm  
de ablatiuo.

*Terent. in Hecy. Dies triginta, aut plus eò in nauis fui. Cicero pro Pub. Quintio: At tecum plus anno vixit in Gallia. Tit. Linius de bello Punico: Ab utraque parte sexcentis plus peditibus, & dimidium eius equitum cecidit.*

De plus, iuncta accusatiuo.

*Cato: in re Rustica: Ne plus quatuor digitos transuersos emineant. Calius Cicero. Hic multam ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur. Virruuius: Ita à pariete distent, ut ne plus pateat palmum. Tit. Linius de bello Macedonico: Aberat acies eorum paulò plus quingentos passus.*

De Plus, iuncta nominatiuo.

*Tit. Linius de bello Macedonico: Plus quinquaginta hominum ceciderunt. Ibid. Paulò plus trecenta vehicula missa. Idem de bello Pun. Hominum eo die caesa plus duo millia. Ibid. Plus decem millia capta.*

De Particula Minus, nominatiuo, & accusatiuo, & ablatiuo coniuncta, & primùm de nominatiuo.

CICERO in Verrem: Iussit ut quæ statua C. Verres ipsius & patrii & filij essent, eas quæstores demoliendas locaret, dumq; ea demolitio fieret. Senatores triginta non minus adessent. Titus Livius de bello Punico: Minus duo millia hominum effugerunt. Idem: Hispani paulo minus mille homines pacti transtulerunt signa.

De Accusatiuo.

IBIDEM: Nunquam nix minus quatuor pedes alta iacuit. Vitruvius: Alvei autem latitudo inter parietum & puteum non minus sit pedes senos.

De Ablatiuo.

CIC. pro Lucio Flacco: Ante pedes prætoris in foro expensum esse auri pondo centum paulo minus. Caesar in Comment. Minus horis tribus millium pedum 15. in circuitu munitionem perfecerunt. Idem: A millibus passuum minus duobus castra posuerunt. Vitruvius: Cum non minus tribus coriis fuerit deformatum.

Observatum item est in Aduerbio Abhinc, quandoque Ablatiuo, quandoque accusatiuo iungi.

TERENTIUS in Andria: Abhinc triennium ex Andria commigravit huic vicinia. Cicero pro Cornelio Balbo. Etenim si Gn. Pompeius abhinc annos quingentos fuisset. Idem in Philip. Etenim si abhinc annos propè XX. hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse consulari, quanto verius nunc negabo seni?

HORATIUS;

Scriptor abhinc annos centum qui decedit.

De Ablatiuo.

Cicero pro Roscio Comædo. Criminatio tua, quæ est

Roscium cum Flavio pro societate decidisse, quo tempore? abhinc annis quindecim. Idem Attico pro Corn. Me abhinc annis amplius 25. spondidisse dicit.

### ACCIPPIO.

**N**OTANDI sunt modi loquendi ab hoc verbo Accipio profecti, ut Accipere vulnera, cladem, accipere iniuriam, accipere detrimentum, accipere conditionem, accipere hospitium, accipere plagam. Male acceptus, bene acceptus; & huiusmodi.

#### Accipere vulnus.

Cicer. in Philip. Ipseque Caius Pansa Consul. Imper. cum inter media hostium tela versaretur, vulnera accepit. Idem pro Milone: Primum illud vulnus accepit, quo teterrimam mortem obiret. Caesar in comment. Cum circumuentus multis vulneribus acceptis cecidisset. Virgil. Vulneraque illa gerens, qua circum plurima muros accepit patrios. Titus Livius ab urbe condita: Vulnere accepto a grege circumstantibus ereptus est. Idem de bello Punico: Sub caudis qua maxime mollis tuis, vulnera accipiunt.

#### Accipere plagam.

Varro de re Rust. Si qua tonsura plagam accepit, eum locum alligat pice liquida. Cic. Attico: Atque ille locus inductus est a me diuinius, ne una plaga accepta P. C. conciderent. Idem de Fato: Eam plagam potius accipiam, quam fato omnia fieri comprobem. Idem in Verr. Tu, inquam, tantam plagam tacitus accipere potuisses.

#### Accipere cladem.

Titus Livius ab urbe cond. Post acceptam proxima pugna cladem. Ibid. Ex insidiis propere magna accepta clade.



## Accipere iniuriam.

*Cic. in Verrem: Nulla priuatim accepta iniuria.*

Acceptus hilarè, lepidè, &c.

*Plaut. Mercat. Ad cœnam vocat, venio, decumbo, acceptus hilarè atque ampliter. Caesar in Comment. Ne quàm noctu oppidani à militibus iniuriam acciperent. Idem in Cistellaria: Ita lepidè nitidèque in prandio accepisti apud te, ut semper meminerim. & subdit: Ita hodie hic accepti sumus suauibus modis. Varro de lingua Latina: Ita in prandio nos lepidè nitidèque accepisti. Idem de re Rust. Et me, absente patrono, hospitio accipiebat. Cic. de Oratore: Ego verò atque hilarè acceptus inquit. Plautus in Amphit. Aduenientem hic me hospitio pugne accepturus est. Ibid. Familiaris accipere faxo haud familiariter. Virg. Accipit hospitio. Cicero in somnio Scipionis: Post autem regio apparatus accepti, sermonem in multam noctem produximus.*

## Malè acceptus.

*Cicero in Verrem: Epicrates homines multis verbis malè acceptos dimisit. Ibidem: Malè accipit verbis Rabonium. Lentulus Ciceroni: Exclusus enim Antiochia Dolabella, & in oppugnando malè acceptus, nulla alia confusus vrbe, &c. Brutus Ciceroni: Recurri ad meas copiolas (sic enim eas verè appellare possum) sunt enim extenuatissima, & inopia omnium rerum pessimè accepta.*

## Accipere conditionem.

*Caesar in Commentar. Respondit non esse consuetudinem populi Romani, accipere ab hoste armato conditionem,*

## Accipere detrimentum.

*Ibidè: Quod detrimentū culpa & temeritate legati sit acceptū. Cicero pro lege Manilia: Nam in ceteris rebus*

cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur.

Accipere dolorem.

Cicero pro domo sua: Accepi pontifices magnum atque incredibilem dolorem.

Accipere beneficium.

Cicero de Prouincijs consularibus: Sed non is solum gratis esse debet, qui accepit beneficium: verum etiam is, cui potestas accipiendi fuit.

Adsignare, Tribuere, Attribuere,

Abscribere,

Veteres pro Impulo, adsigno, adscribo, tribuo, attribuo, dicebant.

Adsignare.

Cicero Aulo Cecinna: De quo quidquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidia adsignetur. Idem ad Quiri fratrem: Improbitati & sceleri meo potius, quam impudentia, misericordiamque adsignes. Tit. Luuius de bello Macedonico: Flens petit, ne vnius amentiam civitati adsignaret.

Tribuere,

Cic. in Bruto: Peto à te, ut id non modo negligentia mee, sed ne occupationi quidem tribuas.

Attribuere,

Idem de Oratore: Hoc si tu cupidius factum existimas Cesari attribues. In Verrem. Quis istuc Apronio attribuebat?

Q V A M.

V O C E quàm, antiqui eleganter sic utebantur, ut dicerent, Post nouem annos, quàm huc veni. Ante nouem annos quàm Romam essem ingressus. Et cum dicebant, Nouem annis ante, vel nouem annis post: raro subiungebant quàm, sed postponebant, ut infra colligetur. Cato de re Rustica: Postridie, aut post diem tertium, quàm

quàm lecta erit. *Ibidem*: Post annum tertium quàm seueris, incendio. *Cicero Attico*: Quatuordecim annis post, Prætor est factus *Tuditanus*, quàm *Consul Mummius*. *Idem de Orat. lib. 2.* Postero igitur die quàm illa erant acta. *Idem contra Rullium*. Cùm multis annis post petiissem, quàm Prætores fuissent *Cicero filius Tironi*: Aliquando venerunt post diem quadragesimum & sextum, quàm à nobis discesserant. *Cæsar in Comment.* post diem quartum, quàm est in *Britanniam* ventum.

*Smyrna mei Cinnæ nonam* post denique messem  
Quàm cœpta est, nonamque edita post hyemem.

*Asconius*. Ante annum, quàm hæc dicerentur, acta est. *Tu. Livi*us quàm absoluit absque aliqua particula post utitur ab *vb* urbe cond. Septimo die, quàm profectus erat in castra, redit. *Ibidem*: *Lilybaeum* tercio die, quàm profectus erat inde, rediit. *Idem de bello Punico*: Octauo mensē quàm cœptum oppugnari, captum *Saguntum*.

## A M A B O.

**A**MABO, quæ interiectio amantis est, Poëta quandoque cum pronomine. Incerdum absoluit, quandoque non ad unum, sed etiam ad plures: Oratores vero, & qui solutam scripserunt orationem, longe aliter vsi sunt: ut, ama me, amabo te, frequenter dicerent. *Plautus in Menech.* Amabo mi *Menechme*. *Idē in Persa.* Dic amabo. *Idem in Ruden.* Quo amabo ibimus? *Ibidē*: Ite, inquam domum amabo. *Catullus*: Amabo mea dulcis *Isiphilla*. *Cicero Cassio*: Et amabo te, cum dabis posthac aliquid domum literarum, mei memineras. *Idem Attico*: Nostra autem negotia, quoniam *Rome* commoraris amabo te, explica. *Idem*: Ama me, non libenter vidi, sed modo succenset, modo gratias agit. *Idem Quinio fratri*: Amabo te, aduola, consolabor te. *Idem Attico*: Cura

amabo te, Ciceronem nostrum.

ABDO.

**M**ODVM loquendi, cum hoc verbo, quo doctissima illi Romana lingua vsi sunt, quotus quisque est, qui norit? Terentius in Hecyra: Rus abdidit sese. Cicero Curions: Abdo me in bibliothecam, itaque opera efficio tanta, quanta fortasse tu senties. Idem Planco: Abdidit se in intimam Macedoniam, quò potuit longissimè à castris. Idem in Pisonem: Domum se abdidit, inde nocte intempesta crepidatus, veste seruili nauem conscendit. Idem pro Milone. Cum se ille fugiens, in scalarum tenebras addidisset. Caesar in commentar. Aut se in Menapios abderet. Ibidè: Reliqui sese fuge mandarunt, atque in proximas syluas abdididerunt. In Georgicis cum auferendi casu: Abde domo, nec turpi ignosce senectæ. Et equalis eius Tuus Liuius ab vrbe condita: Se in suis, inquit, quisque tectis, abdididerunt. Ibidem: Consules in priuato abditii.

ADSPIRARE.

**N**IHL aliud est Latinis adspirare, quàm accedere, peruenire, adsequi, attingere. Varro in libro rerum Rustic. Ad que granaria nulla aura humida è propinquis locis adspiraret. Cicero Trebatio: Subinuido, inquit, tibi vterò te esse accersitum ab eo, ad quem ceteri non propter eius superbiam, sed propter occupationem adspirare non possunt. Idem in Orat. Ad eam laudem quam volumus adspirare non possunt. In eodem. Ex bellica laude adspirare ad Africanum nemo potest. Idem in Verrem: Quò classes sæpè conate nunquam adspirare potuerunt. Idem in Tuscul. Metrodorus, occupauit, inquit, te fortuna, atque cepi: omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses.

## A F F E C T V S.

**A**FFECTVS interiore ac reconditiore significato, id est, quod vitiatum, infirmum, agrotum. Cicero de Oratore: *Affectus, inquit, senectute. Iacem Attico: Quem quidem Neapoli affectum graviter videram. Idem in Verrem: Nemo Agrigenti neque atate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit.*

## P R O P E R T I V S:

Iuppiter affectæ tandem miserere puellæ.

CORNELIUS Cels. *Vbi lien affectus est, intumescent. Ibid. At renes vbi affecti sunt, diu male habent. Caesar in comment. Qui sunt affecti grauioribus morbis. Ibid. Neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur. Ibidem: In corpore affecto.*

Sed & eius verbi est alius quidam secretior sensus, quo, meo iudicio, inchoare significet: ut Cicero de Prouinciis consularibus: *Bellum affectum videmus, & (verè ut dicam) penè confectum: sed ita, ut si idem extrema profectur, qui inchoauit, iam omnia perfecta videamus. Et in eodem: Nam ipse Caesar quidem cur in prouincia commorari velit, nisi ut ea, qua per eum affecta sunt, perfecta Respublica tradat?*

## A D V E R S A R I A.

**H**Oc nomine antiqui illi multò aliter, ac vulgato sensu utebantur. Erant enim aduersaria, quantum colligere potui, libelli ratiocinatorum, in quibus primùm rationes accepti & expensi, negligenter & sine ordine scribebantur, mox in Codicem diligentissimè perscriptæ referebantur. In qua re aduertendus est hic quoque elegans dicendi modus. Nam referre in Codicem & in tabulas dicebant, vel nomina, vel pecunias, aut res alias, cum per ordinem, ut dixi, describebant. Secus cum in aduersariis aliqua

notabant & sine ordine, confusè & negligenter id faciē-  
bant. Cicero pro Roscio Comædo: Non habere se hoc no-  
men in Codice accepti & expensi relatum confitetur, sed  
in aduersariis patere contendit. Usque eò ne te diligis, &  
magnificè circumspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis  
sed aduersariis petas?

## A M O.

**A**M O te multum. Valde te amo. Cicero ad Atticum.  
De municipiis: quod mihi polliceris, valde te amo.  
Ad eundem: Te multum amamus, quod ea abs te diligen-  
ter, paruoque curata sunt. Ibidem: Multum te amo, quod  
respondisti Marco Octauio. Terentius: Et quid nos amas  
de fidicina hac? Cic. Attico: De Randusculo Numeria-  
no multum te amo.

## A C Q V I E S C E R E.

**N**ON ( ut vulgus putat ) acquiescere, consentire est:  
sed significat cum quadam animi voluptate, quie-  
tèque consistere in re aliqua, in qua prius in dubio aut  
solicitudine animus fuisset, sicut Cicero & alij, quos sub-  
iecti, clarè ostendunt. Cicero in Epistola ad Sulpit. His  
verò temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiesca-  
mus: & subdit Seruus quidem tuus in omnibus ingenuis  
artibus, in primisque hac, in qua me ego scripsi acquie-  
scere, ita versatur ut excellat. Ad eundem: ut eius in bo-  
nis acquiescam. Et iterum: Literis tuis lectis, aliquantulum  
acquieui. Idem Attico: Adquiesco enim scribens ad  
te, & legens tua. Idè de amicitia: Vicissim autem senes in  
adolescentiũ charitate acquiescimus. Idem de diuinatione:  
Qui iam atate pronecti, in nostris libris acquiescunt.

## A D E S S E.

**A**D E S S E nihil aliud profectò est, quam presentem es-  
se. Architecti tamè illi Latinitatis nobiles, quando-  
que coram vel presentem, quandoque utrũque ei verbo ad-  
debant.

debant. *Plaut. in Mostell. Adsum presens presenti tibi Terentius: Ac non quia ades presens dico. Cicero pro domo sua: Adest presens vir singulari virtute. Idem in Anto. Coram aderit presens tibi ipse, & ille quem insimulas pugio respondebit. Idem de Offi. Ad id quod adest: quodque presens est, paulatim se accommodat. Virg. Coram quem queritis, adsum Troius Eneas.*

APPOSITVM, APPOSITE.

**N**OMINE *Apposito, & adverbio Apposite, vti sunt Auctorum probatissimi quique, quod perinde est, ac si dicamus, aptum, accommodatum, apte, accommodate: Var. de re Rust. Galli appositi, sed maxime ad iumenta. Ibidem: Maxime ad id pecus appositum. Cic. in Ver. Menses mihi tres cum eripissetis ad agendum maxime appositos. Ibidem: Qui ita natus est ita educatus, ita factus, & animo & corpore, ut multo appositior ad deferenda, quam ad auferenda signa esse videatur. Ibid. Homo bene appositus ad istius auaritiam. Idem de arte Rhetor. Dicere appositum ad persuasionem.*

A D H Æ R E S C E R E.

**A**DHÆRESERE, accusatio precedente prepositione, quam datiuo, frequentius iungitur. Quae res eo mirabilior est, quod verbum id cum prepositione *Ad*, quae accusationem requirit, componitur. Quod ite sit perspicè in verbis *Adgredior, adiungo, adeo, applico, aspicio, adrepo, & similibus. Plaut. in Penulo: Ne ad fundas viscus adhæresceret. Cic. pro Publ. Sextio: Ad columnam adhærescere. Idem ad Pontif. Ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret. Caesar in Comm. Hac casu ad turrim adhasit.*

Aggredi.

*Cicero de Natura Deorum: Tum Cotta, quia sic aggredior, inquit, ad hanc disputationem, quasi nihil unquam*

audierim de Diis immortalibus. Idem pro Publio Sextio: Tamen aggrediar ad dicendum. Ibidem: Non aggrediar ad illa maxima atque amplissima.

Adiungere & accedere.

Terentius in *And.* Vt animum ad aliquod studium adiungant. Idem in *Eunucho*: Accede ad ignem hunc, & calesces plus satis. Cicero in *Philip. sexta*: Casar se ad neminem adiunxit. Ibidem postea ad id, quod desinieris factum eius, qui accusabitur, adiungere oportebit. Idem in *Topic.* Omnibus est ius parietem directum ad parietem communem adiungere, vel solidum, vel fornicatum.

Adire.

Plautus in *Asinaria*: Ad me adi vicissim. Idem in *Trinum.* Tute ad eum adeas. Idem in *Menech.* Adibo ad hominem. Terentius in *And.* Quid tibi videtur? ad eum ad eum? Cicero pro lege *Mansl.* Qui omnium mentes eorum qui ad *Rempub.* ad eum, maxime perspicunt. Idem pro *Lucio Flacco*: Ad quem adit? In *Ver.* Aditum est ad libros *Sibyllinos.* Casar in *Comment.* Vniuersi ad Casarem adierunt. Titus *Liuius* de bello *Puni.* Qui ad lacum *Auerni* adissent.

Applicare.

Terentius in *Andria*: Hi se ad vos applicant.

Aspicere.

Varro libro secundo rerum *Rust.* Simul aspicit ad me. Ibidem: *Fundanius* aspicit ad *seropham.*

Accedere.

Varro de re *Rust.* Docent syluestria ad qua sator non accessit. Terentius in *Phorm.* Voluntas vestra si ad *Poetam* accesserit. Cicero pro *C. Rabir.* Deinde vos *Quirites*, quorum potestas proxime ad *Deorum immortalium* accedit, oro, atque obsecro.

Ad



## Adreperere.

*Varro de re Rust. Nemus aut lacerta adreperere ad columbaria possit.*

## A C C I P E R E E O D E M

## E X E M P L O.

**A**CCIPERE eodem exemplo literas, significat quod corrupto depravatoque dicendi genere, ferè apud omnes dicitur, eiusdem tenores, vel duplicatas literas accipere. Cicero Cornificio: *Hac ferè ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. Idem Servio Sulpi. Licet eodem exemplo sapius tibi huius generis literas mittam. Eidem: Accipio excusationem tuam, qua usus es, cur sapius ad me literas uno exemplo dedisses. Idem Trebatio: Quis solet eodem exemplo plures dare, quanquam sua manu scribit?* Idem Plan. *Binas à te accepi literas eodem exemplo. Brutus Ciceroni: Eodem exemplo litera à te mihi reddita sunt.*

## A T.

**N**ON caret magna elegantia hæc quoque particula *At*, qua vario modo vsos bonos illos autores reperimus. Virgilius in principio libri, & capite versuum illam locavit:

*At regina graui iamdudum saucia cura,  
Vulnus alit venis.*

*Quandeque est exercitationi prauia, ut idem:*

*At tibi pro scelere (exclamat) pro talibus ausis  
Dij (si qua est cælo pietas, quæ talia curet)  
Perfoluant grates dignas, & præmia reddant  
Debita.*

*TERENTIUS in Andr. At tibi Dij dignum factis exitium dent.*

*Quandoque optantis, ut Plautus in Persa:*

*At tibi Dij omnes bene faciant.*

*Aliquan*

*Aliquando geminata admirationē ostentat, ut Plaut. in Merc. At at meus hic quidem pater est. Terent. in And. At at hoc illud est, hinc illa lacrima.*

*Horatius aliquando imprecando exclamat, & interrogat:*

*At o Deorum quisquis in Cælo regis terras,  
Et humanum genus, quid iste fert tumultus?*

*Interdum cum admiratione laudat vel vituperat interrogans ut Terentius in Eunuchō: Fucum factum mulieri: at quem Deum? Cicero pro domo sua: At quæ dea est? Idem Peto: Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem: at quem virum? non eum quem tu solitus es promulside conficere. Idem pro Aulo Cluentio: Una mater oppugnat: at quæ mater quam cecam crudelitate, & scelere ferri videtis. Idē pro P. Sylla: At quos viros? Idem pro Lu. Flacco: At quot testes?*

*Quandoque orat. Cicero pro domo sua: At videte hominis intolerabilem audaciam. Idem in Verr. At videte hominis impudentiam atque arrogantiam indices.*

*Interdum simpliciter interrogat. Cicero in Verrem: At per Deos immortales, quid est quod de hoc dici possit?*

*Nonnunquam affirmat, ut Terentius in Eunuchō: At diligenter, At mature.*

*Quandoque per ironiam quandam inducitur. Cicero in Verrem: At mores commodi: quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? Ad hæc sine cuiusquā malo: quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior unquam fuit?*

*Quandoque Saltem significat. Cato de re Rust. Si non eodē die, at postridie. Cicero Curioni: Nostram suffragationem si minus potentem, at probatam tamē, & iustam.*

*Quandoque idem quod Sed significat. Cicero pro Tuo Anno Milone: Quid porro querendum est? factūne sit? At constat. A quo? At patet.*

## A B E S S E B I D U I.

**A**BESSE bidui, subintelligitur itinere, aut via. Cicero Attico: nos in ea castra properabamus, quae aberant bidui. Eidem: Haec dictavi sedens in rbeda, cum in castra profisciscerer, à quibus aberam bidui.

## A B S I T V E R B O I N V I D I A.

**E**ST hic quoque modus loquendi apud veteres, ut cum quid erant dicturi, quod arrogas videri posset, quasi excusando dicerent: Absit verbo invidia, id est, odium: nam quandoque eo nomine invidia nuncupatur. Tit. Livius ab urbe cond. Absit verbo invidia, civilia bella si leant. Ibidem: Absit invidia verbo. Idem de bello Macedonico: Absit verbo invidia.

## A B E S S E,

**N**O T A significationis est Abesse: modus autem dicendi, qui ex eo verbo procedit, non est praetereundus. Dicitur enim: Quid abest huic homini? Plerique autem mutato dicendi genere, dicunt. Quid deficit huic homini? vel: Quid deest huic homini? Cicero pro Cornelio Balbo: Quid abest huic homini? quod si adesset, iure hoc & tribui, & concedi putaremus? Idem de Oratore: Quid huic abesse poterit de maxima rerum scientia?

## A S S I G N A R E.

**A**SSIGNARE, praecipue agris conuenit: cum ij vel militibus, vel emptoribus, aut alijs iussu magistratum aut dominorum assignantur. Cicero in Philip. secund. Duo milia iugerum campi Leontini Sexto Clodio Rhetori assignasti, & quidem iniuria. Idem Attico: Mibi ex agro tuo tantum assignes, quantum in eo corpore assignari potest.

## H O R A T I V S:

Agros assignant, oppida condunt.

T. Lin.

*T. Liu. de bello Macedonico: Agrum eis assignaret.*

Ad verbum, Ad vnum.

*Ad verbum, Ad vnum, id est quod ineptè dicunt, De verbo ad verbum, & vsque ad vnum. Cicero de Finibus: Fabellas Latinas ad verbum de Grecis expressas, non inuiti legunt. Idem de amicitia: De amicitia vero omnes ad vnum sentiunt.*

VIRGILIUS.

Iupiter omnipotens si nondum exosus ad vnum  
Troianos, si quid pietas antiqua labores  
Respicit humanos, da flammam euadere classi,  
Nunc pater.

Arbitratu meo.

*Arbitratu meo frequentius dicebant, quàm Arbitrio meo. Cicero de senect. Eius disputationis sententias memoria mandavi: quas in hoc libro exposui arbitratu meo. Idem de legibus: Concedunt, ut cum arbitratu meo diligam. Idem Attico: Arbitratu meo viuendi.*

Adiicere oculum.

*Adiicere oculum alicui rei, est certo modo loquendi id, quod peruersè dicitur, Oculum in aliquid dirigere. Cicero in Verrem: Partim planè videbant adiectum esse oculum hereditati. Sed inest hic metaphora.*

Honoris causa.

*Varro de re Rust. Honoris causa mense sua die festo dignetur adhibere. Cicero pro Sexto Roscio Amerino; alterum in urbe secum honoris causa habere. Plautus in Amphitrione: Nunc huc honoris vestri venio gratia. Tit. Linius de bello Macedonico: Honoris causa legatos mittere.*

Animi causa.

*Plaut. in Cure. Dico me illo aduenisse animi causa.*

*Idem*

*Idem in Mercat. Miser, mihi amicum paravi animi causa. Varro de re rustica: Dic aliud genus Ornithonis, qui animi causa constitutus à te sub Casino fertur.*

Officij causa.

*Titus Livius ab vrbe cond. Quae officij causa ab domo prosecuta fuerant. Ibidem: Scipionem officij causa conuenerant.*

Verbi causa, Verbi gratia.

*Cicero de arte Rhetorica: Verbi causa, maiestatem minuere, dicere aduersarium maiestatem minuisse. Idem de fato: Si quis, verbi causa, Oriente caucula natus est, in marion morietur. Idem de Finibus: verbi gratia, propter voluptatem.*

Exempli causa.

*Cicero de Officiis: Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius.*

A V T E M.

**P**ARTICVLAM *Autem*, interiore significato, quae attendite. Cicero Attico: Quod ad te scriptum est à Cincio de Statiij sermone, in quo hoc molestissimum est, Statium dicere à me quoque id consilium probari, probari autem? de illo haecenus diximus. Eidem: Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? fecissent autem? imò quid ante aduentum meum non fecerunt? Eidem: Sed ferendus tibi in hoc meus error. ferendus autem? imò verò etiam adiuuandus.

**Q**VAM elegantes dicendi modi. Ad extremum, à principio, ab initio, à primo: quandoque absolute sine prepositione. principio, initio, primo, ab illis veteribus introducti sunt: Quorum loco incuria postea multam barbariam supplevit.

A princi

A principio.

*Cicero Attico: Sed ego à principio cùm diuinare de belli diuturnitate possem. Eidem: Sed hac à principio tibi precipiens quantum profecerim, non ignoro.*

Ab initio.

*Eidem: Quod tibi esse & antiquissimum, & ab initio fuisse, ut primum Asiam attigisti, constante fama, atque omnium sermone celebratum est.*

A primo.

*Eidem: Nec vero ille urbem reliquit, qui eam tueri non posset: Nec Italiam, quod ea pelleretur. sed hoc à primo cogitauit, omneis terras, omnia maria mouere. Ibid. Tuas nunc epistolas à primo lego, haec me paulum recreat. Idem de finibus: Nunc verò à primo quidem mirabiliter occulta natura est.*

Principiò,

*Idem de Offic. Principiò generi animantium omni est à natura tributum.*

VIRGILIUS.

Principiò Cælum, & terras, campòsque liquentes.

Initiò.

*Cicero Attico: Cùm id mihi propositum initio non fuisset. Idem: Me adhuc hac duo se fellerunt, initiò spee compositionis.*

Primò.

*Terentius in Hecyra: Nec illi credebant primò.*

Ad extremum.

*Cicero Attico: Illud te ad extremum & oro, & hortor. Eidem: Aiebat illi primò sanè diu multa, ad extremum autem*

autem manus dedisse. Eidem: Addidit ad extremum, cum iam dimissa concione reuocatus à Vatino fuisset: se audisse à Curione, his de rebus consciunt esse Pisonem generum meum, Horat. Peccet ad extremum ridendus, & illa ducat.

## A L I E N V S.

**A**L I E N V S est idem quòd extraneus: Terentius in *Hecyra*: Cum eam prosequitur alienus puer. Idem in *Heauton*. Ne istuc inducas in animum tuum, alienum esse te. Cicero Attico: Neque utar meo chirographo, neque signo si modo erant eiusmodi litera, quas in alienum incidere nolim. In eodem significato est, quod Plautus in *Amphitryone* dicit: Certè ad epos me alienabis nunquam, quin noster siem.

## A G E R E I N I U R I A R V M.

**A**G E R E iniuriarum, dicebatur, cum quis pro acceptis iniuriis aliquem postulabat, & coram iudice iniuriarum causam agebat. Cicero in arte *Rhetorica*: Agit is cui manus praecisa est, iniuriarum.

Agere ad praescriptum.

Agere ad praescriptum, modus est loquendi perelegans, quo id significatur, quod agere secundum imperium, aut datam legem. Caesar in *Comm.* Alter omnia agere ad praescriptum: alter liberè ad summam rerum consulere debet.

Attrectare.

Attrectare de sacris praecipue dicitur.

## V I R G I L I V S.

Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates:  
Me bello ex tanto digressum, & caede recenti,  
Attrectare nefas.

Tullius *Linus* ab urbe cond. Quod signum more vetusto, nisi certa gentis sacerdos attrectare non esset solitum.

Animo præfenti.

Animo præfenti, modus eſt loquendi, cum nõ ignaue, ſed accuratè, & ſedulò quid agitur. Terentius in Eunuchis: Animo hoc præfenti vt dicas. Afconius Padianus: Animaduertitur ſenſibus præfenti animo ventibus.

B

BENE VERTAT, MALE

VERTAT.

**M**ODVS eſt loquendi optantis, vel imprecantis, id eſt, orare vt res bene vel malè cedat. Plautus in Aul. *Quæ res rectè vertat, mihique, tibi que, tuæq; filia.* Item in Capti. *Quæ res benè vertat mihi, meoque filio.* Ibidem: *Iſtud Dii bene vertant.*

VIRGILIUS.

Hos illi (quod nec benè vertat) mittimus hædos.

BENE, MALE, OPPORTVNE,  
commodè cadere.**B**

**B**ENE & malè cadere, opportunè, & commodè cadere, & cadere abſolutè, modus eſt loquendi, huius loco à multis dicitur, benè & malè ſuccedere, ſive accedere. Cic. Attico: *Cecidit bellè.* Ibid. *Quòd ſi auderem, Athenas poterem, ſanè ita cadebat vt vellem: nunc & noſtri hoſtes ibi ſunt, & te non habemus.* Idem de Oratore: *ſed hoc tamen cecidit opportunè.* Ibidem: *Hoc loco Sulpitius inſperanti mihi, inquit, & Cotta, ſed valdè optanti utrique noſtrum cecidit.* Idem in Verrem: *hoc adhuc percommodè cadit.* Caſar in Comm. *Vbi tantos ſuos labores, & apparatus malè cecidiſſe viderunt.*

BENE, MALE AUDIRE.

**M**ALE audire, non eſt (vt vulgus putat) qui obtuſus aures habès, malè audit: nec e contra, Benè audire eſt,



est, qui liberis habet ad audiendum aures: Verum is, qui de se malè vel benè, aut rumore de se malum aut bonum spargi percipit. Terent. in Phorm. Benè dictis si certasset, audisset benè. Ibidem: Si herum insimulabis avaritiæ, malè audies. Cicero Attico: Nonnulli amici Appij ridiculè interpretantur, qui me idcirco putant benè audire velle, ut ille malè audiat. Idem de Oratore: Non quò libenter malè audiam: sed qui ego causam non libenter relinquo, nimium patiens & lentius existimor.

BENE MULTI, MAGNI, BELLE  
habere, Bona pars, Bono esse, Multo  
manè, Bene manè.

CICERO pro Lucio Murena: Posthumus obviam cum benè magna caterva sua venit. Idem de Oratore: Habetis sermonem benè longum. Cassius Ciceroni: Classis bene magna. Asinius Pollio Ciceroni: Habet inermes benè multos. Dolabella Ciceroni: Terentia minus bellè habuit, sed certum scio iam conualuisse eam. Cicero de oratore: Aiebat bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. Ovidius in Fastis: Pars bona montis erat. Cicero Attico: Ad eum septimo Idus literas dedi bene manè. Eidem: Binas quidem tuas Beneventi accepi, quarum alteras Fesulanus multò manè mihi dedit.

## B O N I C O N S U L E.

BONI consule, idem quod bonum iudica. Rogo boni consulas: id est, Rogo bonum iudices.

OVIDIUS de Ponto:

Vt tamen hoc ita sit, munus tua grande voluntas  
Ad me peruenit, consuluique boni.

Ibid.

Quæ quanquam misisse pudet, quia parva videntur:  
Tu tamen hæc, quæso, consule missa boni.

C  
CAPVT.

ERBA ac vocabula quid per se, & sigil-  
latim significent, innumeri Grammatici  
copiose disseruere. Sed coniunctio est obser-  
uanda. Caput illud est, caput cœna, caput  
& origo, caput malorum, caput factionis: & capiti tuo,  
quod genus execrationis est, & huiusmodi boni autores  
per translationem mira cum iucunditate suis scriptis in-  
terseruerunt. Plant. in Penulo: Capiti vestro illud qui-  
dem. Virgilius: Capiti cane talia demens Dardanio, re-  
bûsque tuis. Idem: Dij capiti ipsius generique reseruent.  
Calius Cicer. Te ad nonum Calendarum Iunii Sabro-  
strarij (quod illorum capiti sui) dissiparant peruisse. Plan-  
tus in Merca. Ad capita rerum peruenias. Idem in A-  
sinar. Ego caput huic hera argento fui hodie reperiundo.  
Cicero M. Marcello: Caput illud est, si ista vita tibi com-  
modum esse videatur. Idem Seruio Sulpitio: Caput illud  
est, ut Lysonem recipias in necessitudinem tuam. Attico:  
Quarum literarum erat caput, Aquilam nouercam non  
esse laturum. Idem de diuinatione: Sed quod caput est,  
cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur? Idem  
Bruto: Caput autem est hoc, quod te diligentissime perci-  
pere, & meminisse velim. Idem in Officiis. Caput au-  
tem est in omni procuratione negotij & muneris publi-  
ci, ut auaritia pellatur etiam minima suspicio. Idem in  
Tusculanis: Negauit se iure illo nigro, quod cœna caput  
erat, delectatum. Pro T. Annio Milone: Quid: quod ca-  
put audacia est? Titus Liuius ab vrbe condita: Cum ca-  
put rerum omnium in omni hostium equitatu Masinif-  
sam fuisse sciret,

## C V M.

**I**N significatione temporis perlegantem habet usum  
 hac particula. Plaut. in Truculen. Iam biennium est,  
 cum mecum esse ille coepit. Ibidem: Illi quidem haud diu  
 est cum dentes exciderunt. Idem in Persa: Nondum sex  
 mensis Megaribus huc est cum commigrauit. Idem in  
 Menechmis: Plus triginta annis natus sum, cum ego in-  
 terea loci non unquam quodquam facinus feci peius, ne-  
 que scelestius. Terentius in Heautont. Si unquam vllum  
 fuit tempus mater, cum ego voluptati tibi fuerim. Idem  
 in Adelphis: Videre videor iam illum diem, cum hinc  
 egens profugiet aliquo militatu. Cicero pro Lucio Mur.  
 Qui locus est iudices? quod tempus? qua dies? qua nox?  
 cum ego non ex istorum insidiis, ac mucronibus, non so-  
 lum meo, sed multo etiam magis, diuino consilio eripiar,  
 atque euolem? Idem Cass. M. Fabium quod mihi amicum  
 tua commendatione das, nullum in eo facio questu. Mul-  
 ti enim anni sunt, cum ille in ere meo est, & a me dili-  
 gitur. Idem de Oratore: Iam anni propè quadringenti sunt,  
 cum hoc probatur. Idem Att. Triginta dies erant, ipsi,  
 cum dabam has literas. Idem Casari: Aliquot enim sunt  
 anni, cum vos duos elegi, quos precipue colerem. Idem in  
 Philip. Vicesimus annus est, cum omnes scelerati me vnu  
 petunt. Idem Attico: Sed tu omnia consilia differebas in  
 id tempus, cum sciremus qua Brundusij acta essent.

## VIRGILIUS in Georgicis:

Scilicet & tempus veniet, cum finibus illis  
 Agricola incautus tetram molitus aratro  
 Exesa inueniet scabra rubigine pila.

Idem:

En erit unquam  
 Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta.

*Idem:*

Turno tempus erit, magno cùm optauerit emptum  
Intactum Pallanta.

*Idem:*

Tertia iam Lunæ se cornua lumine complent,  
Cùm vitam in syluis inrer deferta ferarum  
Lustra domósque traho.

*Ovidius de Fastis:*

Iam tria lustra puer furto conceptus agebat,  
Cùm mater nato est obuia facta suo.

*Tit. Liv. ab urbe condita:* Per multi iam anni erant,  
cùm nulla certamina fuerunt. *Idem de bello Punico:* Dies  
haud multi intercesserant cùm legati venerunt. *Idem ab*  
*urbe condita.* Tricentesimus sexagesimus quintus annus  
urbis *Quirites* agitur, cùm non uniuersa *Hetruria* vobis  
bello par est.

## CONSCENDERE.

**C**ONSCENDERE propriè nauigantium est, quando-  
que absolue dicebatur. *Cicero Attico:* *Ibid.* *Marti-*  
*us Pompeium à Brundusio conscendisse.* *Cesar in Corn-*  
*ment.* Erat completis litoribus contentio, qui potissimum  
ex magno numero conscenderent.

*Commodum.*

*Commodum discesseram cum venisti, id est, opportune*  
*in tempore.* *Aliquando vix, tantum.* *Plautus in Mercat-*  
*ore:* *istuc ibis, commodum obuiam venies patri.* *Idem in*  
*Trinum.* Namque hic *commodum* orditur loqui. *Idem*  
*in milite:* *Hem teipsum quero commodum vir lepidissi-*  
*me.* *Terentius in Eunuchis:* *Commodum huc aduenerat.*  
*Cicero Attico:* *Commodum discesserat Hilarius libra-*  
*rius.* *Eidem:* *Commodum ad te miseram Demeam, cum*  
*herus ad me venit.* *Eidem:* *Commodum ad te dederam*  
*litteras de pluribus rebus, cùm ad me bene mane Diony-*  
*sus*

*suus fuit. Eidem: Commodum discesseras heri, cum Trebatius venit.*

## AMAT UT CUM MAXIME.

**A**MAT ut cum maxime, id significat, quod illiterati dicunt, Amat sicut unquam magis. Cicero Quinto fratri: Domus celebratur ita ut cum maxime. Terent. in Hecyra: Amabat ut cum maxime tum Pamphilus.

## C E D O.

**C**E D O adverbium quandoque à veteribus etiam ad plures referebatur. Cicero de senectute: Cedo qui vestram rempubli. tantam amisistis. & tam cito?

## C O N S E N T I R E.

**C**O N S E N T I R E intimo modo loquendi est, quod convenire, concordare. Cicero in Academicis questionibus: Sed mihi neutiquam cor consentit, & subdit: Apparet enim iam cor cum oculis consentire. Idem Attico: Quoniam cum consiliis tuis, mea & facta & consilia consentiunt. Idem de divinatione: Animorum consentientium multitudine completum esse mundum. Idem de reditu suo: Tanta consensione Italia. Idem de Natura Deorum: Itaque illa mihi placebat oratio de convenientia, consensuque natura.

## C o n d i c e r e.

Condicere penitentiore significato erat, Denunciare, constituere, decernere, & in cœnis eo verbo praesertim veteres utebantur. Plautus in Stichus: Homines servulos potare, amare, atque ad cœnam condicere. Cicero. Lentulo: Nam cum mihi condixisset, cœnavit apud me in mei generi Crassipedis horris. Titus Livius ab urbe cond. Rex his ferme verbis

patres consulebat: *Quarum rerum, litium, caussarum;*  
*condixit pater patratus Pop. Romani Quiritium, pa-*  
*tri patrato priscorum Latinorum, hominibusque priscis*  
*Latinis.*

## COELI ET LOCI

## GRAVITAS.

**L**OCI & Cœli gravitatem dicebant antiqui eo mo-  
 do dicendi, quo multi peruersè, ut cætera, malum æ-  
 rem dicunt. Cicero Attico: Et cum reliquis etiam loci  
 gravitas hîc miserrimè perferenda est. Eidem: Iam enim  
 corpore vix sustineo gravitatem cœli huius. Varro de re  
 Rustica: In regionibus, qua gravitate cœli, solisque steri-  
 litate vastantur.

## CERTVS.

**V**ETERES verbum hoc Certus, sermoni Latino oc-  
 culiori, & vario significato quandoque interfere-  
 bant. Cicero in Verrem: Confirmat se homines certos ei rei  
 causa in Siciliam, & terra, & mari missurum. Ibidem:  
 Tum iste continuo mittit homines certos Melitam. Ibi-  
 dem: Certos homines in Quinqueremi misisse. Idem in Ca-  
 tilinam: Certos homines delectos, ac descriptos habebat.  
 Cicero Attico: Hominem certum nisi de comitibus meis.  
 Eidem: Certos homines ad mulieres miseram. Eidem: Sta-  
 tim dedisti literas, ut ex Cypro equites ante certam diem  
 decederent. Idem Cassio: Qui cum essent missi, ut Anto-  
 nio ex Senatus sententia certas res nunciarent, cum ille  
 earum rerum nulli parmisset, ultro ab illo ad nos intolc-  
 rabilia retulerunt.

## VIRGILIUS:

Equidem per littora certos  
 Dimittam.

## HORATIUS:

Nam si natura iuberet,  
 A certis annis ævum remeare peractum.

*Titus Livius ab urbe condita: Cùm in diem certam ut ad lucum Ferentina conveniant, edicit.*

CEDERE, EXCEDERE,  
decedere vita, patria, &c.

**C**EDERE vita, cedere patria, cedere foro, &c. rarissime reperitur. Addita verò præpositione frequentius. Utrumque dicendi genus, elegantia plenum est. Cicero Attico: *Salve, inquit Arrius, hoc est, Roma decedere?* Idem Bruto: *Vos fortasse sapientius excessistis urbe ea, quam liberaueratis.* Idem in secunda Philippica: *Qui cùm multa vita excedens prouidit, tum quod te consulem non vidit.* Asinius Pollio Ciceroni: *Fimbrius mea prouincia nusquam excessi.*

VIRGILIUS:

*Inuitus Regina tuo de littore cessi.*

*Idem:*

*Possuntque solo decedere nostro.*

*Idem:*

*Tacitusque mea decedere terra.*

*Cicero ad Octauum: Cedam ubi in presentia foro, curia, & sanctissimis Deorum immortalium templis, in quibus reuiuifcente iam libertate, deinde rursus oppressa senatus nihil consulitur, timet multa, id sentitur omnia. Cedam urbe, quam per me conseruatam, ut esset libera, in seruitute videre non potero. Cedam vita, qua quanquam sollicita est, tamen si profutura est Reipub. bona spe posteritatis me consolatur: qua sublata, non dubitanter occidam, atque ita cedam, ut fortuna iudicio meo, non animus mihi defuisse videatur.* Titus Livius de bello Punico: *Cedere possessione magna fortuna.*

*Cadere caussa.*

*Cadere caussa, hoc est, quod vulgè dicunt, Perdere aut*

succumbere. Cicero de Oratore: *Ut ei quem defendebat, caussa cadere liceret. Idem pro Lucio Murena: Et si turpe existimas te aduocato illum ipsum, quem contra veneris caussa cadere.*

## COHORS.

**N**ON est Cohors solum militum, quod penè vulgare est, sed est etiam familia primarij viri. Cicero in Verrem: *Que cohors, & qui comitatus fuerit, meministis. Ibidem: Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat quod corrumperet? Ibidem. Recuperatores dicit se de cohorte sua daturum. Ibidem: Negas de conuentu recuperatores daturum, cohortem tuam proponis. Ibidem: Apronio permittis, ut quos velit de cohorte sua sumat recuperatores.*

## HORATIVS:

Laudat Brutum, laudatque cohortem.

## CATVLLVS:

Pisonis comites cohors inanis.

Confirmare.

Confirmare cum de valetudine loquimur, significat, melius habere, & vires recuperare. Cicero Tironi: *Satis enim te maturè videro, cum planè confirmatum videro. Eidem: Adhuc dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti. Eidem: Cum te bene confirmaris, ad nos venias.*

Crepare cum accusatiuo.

Crepare cum accusatum habet, id significat quod loquitur, prædicat.

## HORATIVS:

Sulcos & vineta crepat mera, præparat vltimos.

Idem:

Si quid Stertinius veri crepat.



D  
DE, ET EX.

**P**ARTICULA, siue prepositio De, magnam venustatem, gratiam, elegantiā obrinet. Plautus in Captiuis: Emit hos de preda, ambos de quaestoribus. Idem in Rudente: Nam de nocte multa, impigrè que surrexi. In Mostella. Non bonus est somnus homini de prandio. In Curcullione: De illo emi virginem. In Truculento: Nam mihi de vento miserè condoluit caput. Terentius in Andria: Clamat de via. Idem in Phormione: Vbi agrum de nostro patre colendum habebat. Cato de re Rustica: De domino bono, colono, bonoque adificatore melius emetur. Varro de re Rustica. De asinis quemque amplissimum & formosissimum què possunt, eligunt. Cic. Lentulo: Ego tua gratulatione commotus, quod ad me pridem scripseras velle te bene euenire, quod de Crasso domum emissem. Idem de Oratore: Equidem sepè hoc audiui de patre & socero meo. Idem Attico: Postea Messala de Pompeio quasiuit. Idè pro L. Flacco: Fūdum Curneum Roma mercatus est de Pupillo Metulonio. Idem in Arato: Tum ego audiui equidem ista inquam de maioribus natu. In partitionibus oratoris: Qui cum in dominos de seruis queri nolissent, tamen de incestu, & coniuratione qua facta me consule est, querendum putauerunt. Cæsar in Comment. Cum de tertia vigilia Petreus & Afranius castra mouissent. Idem Oppio, ac Cornelio Balbo. Misit ad me Gn. Magium de pace. Idem in Comment. De tertia vigilia cum legionibus tribus è castris profectus: ad eam partem peruenit. Ibidem: Ad Cæsarem de pace miserunt.

HORATIUS in epistolis:

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.

OVI

OVIDIUS de Ponto:

Terræque de fructu quàm sit amara docet.

Idem:

Quæ proprium mixto de sale pondus habet.

Idem ad Corinnam:

Hei mihi de monitis torqueor ipse meis.

Ex.

*Cicero Attico: Quasiuit ex eo placeretne Iudices à pratore legi? Ibidem. Cùm autem ex eo quæreret quid videret. Idem de diuinatione: C. Marium cum fascibus laureatis ex te quærerere, quid tristis esses.*

### DICERE TESTIMONIUM, & testimonia.

**D**ICERE testimonium, proferre solebant eo modo loquendi, quo aut testificari, aut probare etiam dici cœptum est. Cicero de oratore: Num igitur placet cum de eloquentia præcipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis, quasi in arte tradere? Idem ad Quintum fratrem: Cùm testimonium secundum fidem & religionem grauiissime dixissem. Idem pro Sylla: Cur dixisti testimonia in alios? Ibid. Qui in illum testimonia grauiam dixerunt. In Verrem: Qui priore actione ita testimonia grauius vehementerque dixerant.

### DICERE CAUSAM.

**D**ICERE causam, diem, ius, sententiam, legem, modi sunt dicendi diuersi, diuersa significantes. Est enim dicere diem, certam diem reo constituere, ut accusetur. Dicere causam est, cùm reus accusationibus respondere cogitur. Dicere ius est, cùm iudex iustitiam reddit vel ministrat. Dicere sententiam est, cùm quis (ut ineptè dicunt) votum suum dat, vel opinionem

nionem suam dicit. Dicere legem est, quod præfigere; præscribere quid opus sit factò. Plautus in *Menech.* Apud Ediles præliis factis plurimis pessimisque dixi causam, Terentius in *Adelphis*: Aduersum me illam causam dicerem, cui veneram aduocatus? Cicero pro Sexto Roscio Amerino: Ea nos hoc tempore vitimur, qui causam dicimus. *Ibidem*: Causam dicit is, qui vnus relictus ex illorum nefaria cade restat. Caesar in *Commentariis*: Orentorigem ex vinculis causam dicere coegerunt, & subdit: Die constituta causa dictionis. Titus Linius ab urbe condita: Virgo Vestalis de incesto causam dixit. *Ibidem*: Semel causam dixit.

## Indicta causa,

Cicero in *Verrem*: Indicta causa in vincula coniecit seruos.

## Dicere diem,

Plautus in *Asinaria*: Quem videam aque esse mestum, ut quasi dies si dicta sit. Idem in *captiuis*: His diem dicam, irrogabo multam. Cicero pro *Milone*: Diem mihi credo dixerat, multam irrogarat. Titus Linius ab urbe cond. Casoni capitis diem dicit. *Ibidem*: Rei capitalis diem Posthumio dixerunt, Idem de bello Macedonico: P. Scipioni Africano duo P. Petilij diem dixerunt.

## Dicere ius.

Cicero in *Verr.* Audistis ob ius dicendum. Q. Varium dicere procuratores suos isti centum & triginta millia nummum dedisse? Idem de provinciis Consularibus: Emisti grandi pecunia, ut tibi de pecuniis creditis dicere liceret ius in liberos populos, & subdit: Idemptum ita vendidisti, ut aut ius non diceres, aut bonos cines Romanos euertes. & subdit: Perseuerauit ius publicano non dicere. Plautus in *Menechmis*, Iuris  
ubi

*ubi dicitur dies, simul patronis dicitur. Tutus Livius ab urbe cond. Aut ius de pecunia credita diceret.*

Dicere sententiam.

*Cicero in Verrem: Mos est Syracusis, ut si qua de re ad senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. Ibidem: Ut quisque aetate & honore antecederet, ita sententiam dixit ex ordine. Idem in Philip. quarta: Ut sententia de summa Reipub. liberè dici possint.*

Dicere legem.

HORATIUS:

Prudens emisti viciosum, dicta tibi est lex.

DUCERE SORTEM, VITAM,  
SPIRITUM.

**D**UCERE sortem, vitam, spiritum. Cicero in Verrem; Sors ducitur, quamobrem? Nemo erat voluntarius laudator præturae tuae.

VIRGILIUS:

Stat ductis fortibus vna.

*Cicero pro lege Manilia. Cum vestros portus, atque eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestate sciatis.*

DARE VITIO, CRIMINI,  
vertere vitio.

**D**ARE vitio, vertere vitio, dare crimini, id est, quod corruptissimè dicitur, Inculpate. Plaut. in Epidico: Quis erit, qui id vertat vitio? Idem in Milite: Ne quis tibi hoc hodie vitio vertat. Terent. in Andria: Nunc quam rem vitio dent, queso animadvertite. Cicero in Bruto: Quinetiam memini cū in accusatione sua. Q. Gallo crimini dedisset, sibi eum venenum paravisse.

DA

## D A R E P I G N O R I.

**D**ARE pignori, idem est quod oppignorare. Sed hic etiam modus dicendi obseruatus est. *Plaut. in Mostellaria: Heri XL. etiam de au buci, que pignori.*

Dicet aliquis, roget aliquis.

Dicet aliquis, *Roget aliquis, modus est dicendi, quo inepti dicunt, Forte aliquis mihi dicat. Vel, si quis me roget. Cicer. in paradoxis: quid est igitur, queret aliquis, bonum?*

Deiicere oculos.

Deiicere oculos, celeritatem aliquando significat aliquando pre pudore submittere. *Cic. in Verrem: Si tantulum oculos deiecerimus, presto esse insidias.*

## D E P O N E N T I A P A S S I V A.

**N**EC est pratermittendum esse apud perfectos illos auctores deponentia nonnulla, qua in participiis plerumque passiuè ponantur, quorum vel pauca collegi de multis. *Cicero Attico: Sed ea omnia mihi sunt patienda. Etiam: Te etiam atque etiam oro, ut me totum tuendum suscipias. Idem pro M. Cælio: Magnum crimen vel in legatis insidiandis, vel in seruis ad hospitem domi necandum sollicitandis. Idem pro Cornelio Balbo: Huius virius presens experta atque perspecta obirectatorum voce laedetur. Ibidem: Quiddam de communi conditione omnium nostrum deprecanda maleuolentia causa breuiter commemorandum videtur. Ibidem: Veruntamen vigiliis nocturnis, & concione hominum illud conceptum atque mediatum est. In Antonium: De laude sicibo, que gratissima memoria omnium ciuium inclusa, nondum autoritate publica testata est. Idem de senectute: Agro bene culto, nihil potest esse vsu uberius, specie ornatus, ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam inuolat, atque albeta sercētus. Idem in paradoxis:*

An quisquam in potiundis voluptatibus gloria se, & praedicatione offert? Cicero Attico: Illud inest tamen commodi, quod & mihi & ceteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua voluntas.

DVM PARTICVLA, CVM  
Expecto constructa.

**P**ARTICVLA Dum, coniungitur cum verbo Expecto, mira cum elegantia. Plautus in Pseudolo: Ne expectetis dum redeam. Terentius in Andria: Ergone expectatis dum exeat huc? Idem in Eunuchio: Concedam hinc intro, atque expectabo dum veniat. Cicero Lucio Luceio: Sed ad properationem meam quidem interest non te expectare dum ad locum venias. Idem in Bruto: Quod scribis te in Italia moraturum dum tibi litera mea veniant, si per hostem licet. Idem Attico: Ego in Arcana operior dum ista cognosco. Idem: Expecta, amabo te dum Atticum conueniam.

VIRGILIVS:

Quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater,  
Destruat?

Titus Livius ab urbe condita: Expectare dum consul, aut dictator fiat. Ibid. Moratus dum milites ad praedam discurrerent. Ibid. Moratus dum Imperatores consuleret.

Diminuere.

Diminuere caput, fores postes, modo loquendi illorum veterum est frangere, qui modus memoriae mandandus est ei, qui bonae Latinitatis caput diminuere non vult. Plau. in Menechmis. Illi homini diminuam caput. Idem in Bacchid. Nisi mauelis postes diminui securibus.

Capitis diminutio apud Iurisconsultos.

Sed alia est capitis diminutio apud Iuriscōsultos. Est enim prioris status immutatio. Antiqui tamen Oratores capite

capite diminuere, & de capite demere dicebant. Cicero in Verrem: Unum hoc aliud Senatusconsultū reprehensum secretūque est, ut quibus ille de capite dempsisset, ne pecunias in ararium referrent. Ibidem. Hoc nomine vidistis tritici modios de capite esse demptos. Ibidem. Demit de capite Medimna DC. Ibid. Coguntur Ascroni, id est, Pippe dare tantum, quantum erat de capite demptum. Idē in Topicis: Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt, non est satis, & subdit: Quorū maiorum nemo seruitutem seruiuit. Abest etiam nunc, qui capite non sunt diminuti, hoc fortasse satis est: Casar in Commentar. Illud quod deditioe ducis, & capitis diminutione sublatum est. Titus Livius de bello Punico: Sero nunc desideratis diminuti capite, abalienati iure ciuium.

## Deducere.

Deducere inter cetera significat sponsam vel amicam domū perducere: & item significat de summa demere vel detrahere. Cicero qui facetiis scatebat, & dictis, cum mater M. Bruti Seruilia Iuniam Tertiam filiam, eademque C. Cassij uxorem ad Casarem, qui mæchus calvus ob adulterium dicebatur, deduxisset, eademque Seruilia paulo post ab Casare preciosum are paruo fundum emisset, Casaris libidinem cauillatus circa verbum Deduco, dicto peracuto proscidit. Equidem, inquit, quò melius emptum sciatis, comparauit Seruilia hunc fundum, Tertia deducta.

Interdum Deduco significat comitari, siue domum perducere.

Terentius in Andria: Hic nunc non dubitet, quin se deducturum neget.

OVIDIUS de Ponto.

At cum Tarpeias esses deductus in arces.

## HORATIVS:

Occurram in triuiis, deducam, nil sine magno  
Vita labore dedit mortalibus.

*Titus Livius de bello Punico*: Dictator se magistratu  
abdicauit, priuatusque de rostris descendit, turbaeque se  
immiscuit, ne deducendi sui causa populum de foro ab-  
duceret.

Quandoque id verbum significat de ratione, vel  
summa aliquid demere (vt diximus)  
siue detrahere.

*Cicero de Officiis*: Hac igitur talia circumspecti-  
sunt in omni officio, & consuetudo exercitatioque ca-  
pienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus,  
& addendo, deducendoque videre qua reliqua summa  
fuit, ex quo quantum cui debeat, intelligat.

Quandoque Deducere, vt diximus, significat spon-  
sam ad maritum, vel amicam ad aman-  
tem perducere.

*Cicero in Verrem, actione quarta*: Hic est decimus,  
ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori Mimi filiam,  
vi abductam ab Rhodio tibicine huius Tertiae plus etiam  
quam Pippa, plus quam caterarum, ac prope dicam tan-  
tum apud istum in Siciliensi praetura autoritas valuit,  
quantum in urbana Chelidonis.

## OVIDIVS de Fastis:

Cum primum cupido Venus est deducta marito.

*Terentius in Hecyra*: Ut ad pauca redeam, uxorem  
deducit domum.

## TIBVLLVS:

Vt inueni primum virgo deducta marito.

Postremò, omissis ceteris in alio significato, De-  
ducere significat auocare, & à pro-  
posito remouere,

*Cicero*



*Cicero in Catilinam: Si impendens patria periculum, me necessario de hac animi lenitate deduxerit. Idem Terentia. Neque legis improbissima poena deductus est, quo minus hospitij, & amicitia ius, officiumq; praestaret.*

## Deferre.

*Deferre nomen, non est proprie accusare, sed ante accusationem apud iudicem, vel magistratum aliquem, de aliquo crimine denunciare: unde Delator dictus est. Cicero in Verrem: Servi cuiusdam nomen defertur, is accusatur, ficti testes in eum dantur, rem cunctus senatus Catinensium iudicat. Plautus in Aulularia: Ad tres viros ego deferam tuum nomen. Idem pro M. Calio: Nisi iterum eadem de re suo familiari absoluto nomen hic detulisset. Idem pro Cluentio: Et clarissima voce se nomen Oppianici, si interfectum Marcum Aurium comperisset, delaturum esse testatur. Ibid. Nam Cluentius iudices primum nomen eius detulit.*

## DESCRIBERE, EXSCRIBERE.

**D** E S C R I B E R E, & exscribere, est etiam id quod ineptissime, ac barbave potius, vulgo copiare dicitur vel transumere aut transcribere. *Cic. Cornificio: Dicam tuis, ut eum librum, si velint describant. Idem Attico: Quem librum ad te mittam si descriperint librarij. Eidem: Dicta eius, & conciones describunt. Eidem: Epistolam meam, quod promulgatam scribis esse, non fero moleste, quin etiam ipse multis dedi describendam. Idem in Verrem: Quasi exscribendi potestatem non haberet in Verrem: Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo, adhibentur in exscribendo de conventu viri primarij.*

HADRIAN. CARDIN.  
DISCEDERE, RECEDERE  
à conditione.

**D**ISCEDERE, recedere à conditione, à persona, à statu, idem est, quod immutare conditionem, personam, statum. Cic. de Officiis: Hostis, quem nunc peregrinum dicimus, quanquam id nomen durius effecit vestras, à peregrino enim iam recessit. Modestinus de usufructu, l. Titio: Ususfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo à persona sua discedere incipit.

DARE BIBERE, MISCERE.

**D**ARE bibere, vel Dare potum, Græcico verbo aliqui improprie Propinare dicunt, cum Propinare proprie præbibere sit, vel prægustare, & id verbum diuersis modis quandoque proferatur. Sed nos cum Latine loqui curamus, Latina potius adducimus. Miscere igitur præter alia significata vno verbo, id est, quod duobus verbis dicitur, Dare bibere. Vtrunque tamen elegans. Terent. in Andria, Post deinde quod iussi, ei dare bibere. Cato de re Rust. Bis in die id faciet, meridie bibere dato. Cicero de Finibus. Dico ergo in eadem voluptate eum qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & eum qui illud sitiens bibat.

OVIDIUS in Metam.

Arripit Iliaden qui nunc quoque pocula miscet,  
Inuitaque Ioui nectar Iunone ministrat.

DIFFERTVM CONFERTVM,

REFERTVM.

**D**IFFERTVM & confertum inter se differunt: nam differtum id est, quod refertum: utrunque enim plenum significat. Confertum verò est, quod densum. Sed confertum & refertum à suis verbis Refertio & Confercio descendunt.

descendere comperi. Differtum autem verbum non comperi. Cicero pro P. Sextio: Meministis tum iudices corporibus civium Tiberim replevi, cloacas refeciri. Varro de re Rustica. Quo facto non modo non desistunt pugna, sed etiam confercunt se lingentes.

Differtum.

H O R A T I V S in Sermonibus.

Inde forum Appi

Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

Idem in Epistolis.

Differtum transire forum, populumque iubebat.

Confertum, Confertissimum & Confertim adverbium.

Cesar in Commentar. Vt nunquam conferti, sed rari, magnisque interuallis praeliarentur. Ibidem: Neque à tanta multitudine coniecta tela conferti, vitare poterant. Tuus Linius de bello Punico: Alij ad exitus theatri conferti existunt. Idem ab vrbe condita: In confertos Vcientes euntem ferox viribus transigit.

Confertissimum.

Cesar in Comment. Qua parte hostium acies confertissima visa est, erupit. Tuus Linius ab vrbe condita: In confertissima turba prope regium Tribunal constitit.

Refertum.

Titus Linius de bello Punico: in agrum Picenum auertit iter refertum preda.

Confertim adverbium.

Titus Linius ab vrbe cond. Cum confertim Romani, ut solent, densatis excepissent sentis. Idem de bello Punico: Quo acrius & confertum magis utrinque pugnabatur. Idem de bello Macedonico: Confertim pugnant & cedunt.

## Dare negotium.

*Dare negotium, id est, quod multi ineptè dicunt, mittere. Cic. in Verrem: Dat amico suo cuidam negotium, qui tum magister erat eius societatis, ut diligenter caueret. Salustius in Catilina: Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum requirat.*

## DARE PŒNAS.

**D**ARE pœnas, id est, quod vulgò dicunt, punitus est, sed hic modus loquendi observandus est.

## VIRGILIUS.

Dabis improbe pœnas.

*Lentulus Cicer. Spero celeriter eum pœnas daturum.*

## Dare auribus.

*Dare auribus, hoc est, absentari, blandiri. Trebonius Ciceroni: Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.*

## Dare se in pedes, Dare se in viam.

*Dare se in pedes, Dare se in viam, hoc est pedibus fugam agere, & ad iter se parare. Plaut. in Captivis: Mene vis dem ipse in pedes? Terentius in Eunuchis: Ego me in pedes, quantum queo, in angiportum quendam deser-tum indo. Cicero Terentia: In viam quòd te des hoc tempore, nihil est.*

## De meliore nota commenda.

*De meliore nota commenda, modus dicendi illius eruditissimi seculi. M. Curius Ciceroni: Sulpitio successori nos de meliore nota commenda.*

## CATULLVS:

*Quisquis de meliore nota.*

## E

## ÆDIFICARE NAVEM.

**Æ**DIFICARE navem, dicendi modus apud veteres usitatissimus. Plautus in *Mercatore*: *Ædificat navem gerariam & merces emit.* Cicero in *Verrem*: *Navem denique maximam, quam onustam furtis in Italiam mitteret, apud illos faciendam ædificandamque curavit.* Idem pro lege *Manilia*: *Qui posteaquam maxima ædificasset, ornassetque classes.* Cæsar in *Commentariis*: *Imperat quos legionibus præferebat, uti quàm plurimas possent naues ædificandas, veteresque, reficiendas curent.*

## ES, ET ADES.

**E**S, & *Ades*, indicativum & imperativum est, sed imperandi modo, ab antiquis voce. Et frequentius, quàm *Sis* dicitur: Terentius in *Andria*. *Adesdum, paucis te volo.* Idem in *Adelphis*: *Modò bono animo es, duces uxorem hanc.* Cicero in *somno Scipionis*: *Quem ut agnoui, corruì, sed illo ades, inquit, animo, & omite timorem.*

VIRGILIVS:

Hoc ades, ò Galathea.

HORATIVS:

Si me amas, inquit, paulùm huc ades.

## EXTRA IOCVM.

**E**XTRA iocum dicebatur à veteribus cum quid serio, non ioco dicere se velle dicebant. Cicero *Trebatio*: *Sed me hercle extra iocum, homo bellus.* Idem *Caio Volumnio*: *Sed me hercle extra iocum valde mihi tue literæ factæ, elegantesque visæ sunt.* Idem *Peto*: *Sed hercle mi Petè, extra iocum moneo te.*

Exacta.

*Exacta dicebantur perfecta.*

HORATIUS:

Sed emendata videri,  
Pulchrâque & exactis nimium distantia miror.ESSE CURÆ VOLVPTATI,  
solicitudini, &c.

**E** S S E cura, esse voluptati, esse sollicitudini, esse solatio, esse letitia, esse impedimento, esse lucro, esse damno, esse sumptui, esse salutî, esse vsui, esse honori & huiusmodi loquendi modi, maximam orationi adferunt elegantiam. Plaut. in Cistellaria: *Mulîisque damno, & mihi lucro sine sumptu eris.* Ibidem: *Qua neque illa illi quidquam vsui fuit.* Varro de re rust. *Vt domino sint fructus ac delectationi.* Cicer. in Brut. *Istum ipsum quidem inquam Brute, dico librum mihi salutî fuisse.* Ibidem: *Quod tibi aut nouum, aut tanto vsui posse esse?* Idem: *Senaiui populôque Romano: Quod mihi maxime letitiæ fuit.* Idem Catoni: *Mihi vt in huiusmodi re tanto bello maxima cura est.* Idem Tironi. *Magna nobis est sollicitudini valetudo tua.* Eidem: *Cupiditas cæterorum hominum impedimento mihi fuit.* Idem pro Lucio Cornelio Balbo: *Et magno vsui nostræ Reipublicæ fuissent.*

VIRGILIUS:

Non erit auxilio nobis Ætolus & Arpi,  
At Mefapus erit.MITTERE SVBSIDIO, VENIRE  
auxilio, relinquere præsidio.

**M**ITTERE subsidio, venire auxilio, & relinquere præsidio, obseruandû maximè est, elegantia non  
aprua

parua, in signe. *Casar in Commentariis: Legionem, quas presidio nostris miserat. & paulo post: Quos tibi subsidio reliquerat.*

## EXCLVDI TEMPORE, AVT temporis spaciis.

**E**XCLVSVM tempore, aut temporum spaciis, id quod nos nouum modum introducentes, dicimus impeditum, veteres illi vno, eodemque modo dixerunt. *Cicero in Verrem: Angustius temporis excluduntur omnes. Idem Attico: Quae enim soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur. Idem in Verrem: Hi postquam temporibus exclusi, per Senatum agere quae voluerant, non potuerunt. Idem de Oratore: Aut temporibus exclusi, aut voluptate sua feriati. Idem in Vatinius testem: Vt exclusus miser puncto temporis, spoliaretur beneficio & equitate legis. Casar in Commentariis: Ne anni tempore navigatione excluderentur. Ibidem: Tempore exclusus non venit. Ibidem: Exclusus diei tempore in posterum expugnationem differret.*

VIRGILIUS:

Spat'is exclusus iniquis.

## EX SENTENTIA, &c.

**Q**UID sit ex sententia, & ex animi sententia, ex animo, trito ferè dicendi modo in promptu est, idque significat, quod ex voluntate, ex desiderio, ex iudicio. Sed aliqui nouè & ineptè (omissa eiusmodi elegantia) ad votum dicunt. Præter sententiam autem, id est, quod contra voluntatem vel opinionem, vel desiderium.

Ex sententia.

*Plautus in Captiuis: Si reueniam huc ex sententia. Idem in Mercatore: Nocte hac quicui non satis ex sen-*

*sentia. Terentius in Hecyra: Spero hanc rem euenturam nobis ex sententia. Cicero Furnio: Si non ista ex sententia essent confecta. Salustius in Iugurtha. Nam me quidem ex animi sententia nulla oratio ledere potest.*

De sententia.

*Cicero Attico: Quid sentis igitur? Nihil nisi de sententia tua. Eidem: Scribantq; ad Casarem me quicquid fecerim, de sua sententia fecisse. Idem in Verrem: De consilij sententia iudicaras. Ibidem: Eos sine consilij sententia, a supplicio liberauit. Ibidem: Et de consilij sententia Mamertinis se frumentum non imperare pronuntiat.*

Præter sententiam, & aduersus animi sententiam.

*Plautus in Mercatore: Omnia mihi eueniunt hodie præter sententiam. Ibidem: Vt ne litiges aduersus animi sententiam.*

Ex animo.

*Cicero in Pisonem: Equidem dicam ex animo quod sentio. Idem Attico: Te autem alienum hominem ament ex animo? Idem Cornificio: Huic in libro maxime velim ex animo, si minus gratie causa suffragare.*

CATVLLVS:

Atque id sincere dicat, & ex animo.

MEA SENTENTIA, MANERE  
IN SENTENTIA.

**M**EA sententia, manere in sententia, de sententia de-  
maucere, sententia desistere, in sententia esse, & hu-  
iusmodi elegantissimi dicendi modi obseruandi præcipue  
sunt. Cicero in Bruto: Quem vero extit, & de quo sit me-  
moriam proditum eloquentem fuisse, & ita esse habitum: Pri-  
mus est M. Cor. Cethegus, cuius eloquentia est autor: &  
idoneus



idoneus quidem mea sententia, *Q. Ennius. Idem in Attico*: Planè mihi hoc explices velim, in primis maneatne in sententia. *Eidem*: Quid enim nostri optimates (si qui reliqui sunt) loquentur? an me aliquo premio de sententia esse deductum? *Idem in Academicis questionibus*. Cœpit hortari, ut sententia desisterem. *Idem Attico*: Me miserum quàm omnia essent in sententia, si nobis animus, si consilium, si fides eorum, quibus credidimus, non defuisset.

## Æ T A S.

**Q**UO T dicendi modi, quàmve eleganter, & apposite ab hoc nomine *Ætæ*, quasi candidissimi riuuli a quodam Latinitatis fonte deducuntur?

## Acta ætas.

*Plautus in Trinummo*: Mihi quidem ætas acta est. *Cicero de senectute*: Sed honestè acta superior ætas, fructus præbet autoritatis extremos.

## Exacta ætas.

*Terentius in adelphis*: Nunc exacta ætate hæc fructus pro labore ab iis fero odium. *Cicero de Oratore*: Ætate exacta, indigem liberum lacerasti. *Titus Livius ab urbe condita*: Venerabilis viri, & exacta iam ætatis.

## Affecta ætas.

*Cicero de Oratore*: *Q. Mutijianua* & vestibulum quod in eius infirmissima valetudine, affectæque iam ætate maxima quotidie frequentia civium, ac summorum hominum splendore celebratur.

## Senecta ætas.

**PLAUTVS** in *Trinummo*: Hic ille est, senecta ætate qui factus est puer. *Idem in Mercat.* Senecta ætate scortari senes.

## Prouecta

Prouecta ætas.

*Cicero in Tusculanis: Ex iis igitur, hora octaua, quæ mortua est, prouecta atate mortua est.*

Præcipitata ætas.

*Marius Ciceroni: An quod adolescens prestiti, cum etiam errare cum excusatione possim, id nunc atate præcipitata commutem, ac me ipse reexam?*

Adulta ætas.

*Cicero in Verrem: Adulta atate filius.*

Confectus atate.

*Virgilius: Confectum atate parentum. Caesar in Commentariis: Non atate confectis, non mulieribus, & non infantibus pepercerunt.*

Ingrauescente atate.

*Cicero de Amicitia: Immutari etiam mores hominum sepe dicebat, alios aduersis rebus, alios atate ingrauescente.*

Ineunte, & ab ineunte atate, & adolescentia.

*Cicero pro L. Cornelio Balbo: Et ab ineunte atate, relictis suis rebus omnibus, nullius periculi expertem fuisse. Idem pro Deiotaro: Quibus ille studiis ab ineunte atate se imbuerat. Idem in Vatinius testem: Atque illud tenebricosissimum tempus ineuntis atatis tue patiari latero. Idem pro lege Manilia: Ineunte adolescentia, maximi ipse exercitus Imperator.*

Viuerè atatem.

*Plautus in Amphitruone: Eo modo, ut profecto uiuas atatem miser. Cicero in Catone maiore de Nestore: Tertiam enim atatem hominum uiuebat.*

## Degere ætatem &amp; vitam.

Plautus in Cijuel. Quia ego illum mihi unum exoptavi, qui cum ætatem degerem. Cicero pro P. Sylla: Ut cum Lentulo, & Catilina, & Cethego foedissimam vitam, & miserrimam turpissima morte proposita degeret. Idem pro Roscio: Per se liceat innocenti amicorum opibus vitam in egestate degere.

## Agere ætatem.

Plautus in Trinummo: Vtra in parte plus voluptatis sit vita ad ætatem agendam. Ibidem: Cuncti qui ætatem egerunt caste, conveniant. Cicero Trebatio: Qui domi, aut per insidiosa loca iturus, aut ætate confectus, ætatem agerent.

## Exigere ætatem.

Plautus in Trinummo: Dedi meam gnatam, qua cum ætatem exigit. Idem in Cistellaria: Vnum amare, & ætatem cum illo exigere.

## Ex usu.

Ex usu esse, hoc est, quod conducat, quod expediat, quod utile sit. Terentius in Eunuchio: Ad omnia hæc, magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est. Idem in Heautont. Nunc, ait, periculum ex aliis facito: tibi quod ex usu fiet. Plautus in Mercator. Verum non ex usu modo est.

## E D O R M I R E C R A P U L A M,

indormire causæ, exhalare crapulam.

**E**DISCENDVS & hic elegans dicendi modus: Edormire cum accusativo, indormire cum dativo: Cicero in Philippicis: Edormi crapulam, inquam, & exhalata: an facies admouende sunt qua te exciuent tanta causa indormientem? Plaut. in Rudente: Ut edormiscam hanc crapulam, quam potavi. Idem in Mostella. Om-  
nemque

nemque edormiui crapulam. Idem in Amphitritone: Paulisper mane dum edormiscat unum somnum. Terentius in Adelphis: In angulum aliquò abeam, atque edormiscam hoc vlli.

EXTRAHERE DIEM, IV-  
DICIVM, REM.

**E**XTRAHERE diem, extrahere iudicium, eo loquendi modo utebantur, cum diem, vel iudicium vel rem trahi in longum, aut differri significare volebant. *Cæsar* in commentariis: *Catonem* vero acerrimè repugnantem, & pristina consuetudine dicendi mora dies extrahentem, ut sui ratio absentis haberetur. Idem, *Sic* triduum disputationibus, excusationibusque extrahitur. *Titus Livius* ab urbe condita. Cunctando extraxerunt diem. Idè de bello *Punico*: Extracta tamen autoritatibus seniorum per aliquot dies res est. Idem ab urbe condita: Res in annum extrahitur. *Paulus* ad exhibend. l. Si optione intra certum tempus data iudicium extractum est in id tempus, quo frustra exhiberetur.

Ecce cum Tibi, constructum.

Ecce, huic adverbio ferè semper *Cicero*, & alij eius seculi Latinitatis principes, Tibi addiderunt. *Ad Atticum*: Epistolam cum à te timide expectarem ad vesperam (ut soleo) ecce tibi nuncius pueros venisse *Romam*. *Ad eundem*: Cum hac maxime scriberem, ecce tibi *Sebosus*.

Esse malo, esse bono.

*Cicero* pro *Cluentio*; Postremo id, quod maximo malo illi causæ fuit, hoc ipso in loco, quasi reus ipse esset, sedebat. *Ovidius* de *Nuce*: Præda malo *Polydore* fuit tibi. *Cicero* pro *Milone*: Itaque illud *Cassianum*, cui bono fuerit, in his personis valebit.

ESSE

## ESSE NUMERO, HABERI

## NUMERO.

**E**SSe numero, & haberi numero. *Ver. de re rustica.*  
 Minus se putant despici, atque aliquo numero haberi à domino. Cicero in Philippicis, Homo nullo numero, nihil illo contemptius.

## EXCEPTO.

**E**XCEPTO quòd, modo hoc loquendi utebaniur antiqui in eadem significatione, qua Præterquam. Ovidius de Ponto: In quibus, excepto quòd iuuet, inuenies.

## HORATIUS:

Excepto quòd non mecum esses, cætera lætus.

## ÆSTIMARE LITEM.

**Æ**STIMARE litem & liris æstimatio, frequenter apud probatissimos auctores dictum, quod cum diligenter rimatus essem, comperi Æstimare litem esse, videlicet, dum controuersia inter aliquos erat, & iudicis vel alterius arbitrio reus condemnabatur, ut tantum solueret quanti ipse legitime æstimasset. Cicero in Verrem: De litibus æstimatis Cnei Dolabella pecunia redacta. Ibidem: Sestertius decem & octo lis æstimata est. Ibidem: Quod de pecuniis repetundis lis æstimata sit. Casar in Comment. Arbitros inter ciuitates dat, qui litem æstimet, pœnamq; constituent. Paulus de solutionibus l. Stichum: Si possessor corpus, aut liris æstimationem prestitit, ea res tibi proderit. Aconius Padianus: Quid est reum fieri, nisi apud Prætozem legibus interrogari? Cum enim in ius ventum esset, dicebat Accusator apud Prætozem reo: Aio te Siculos spoliasse, Si tacuisset, lis æstimabatur ve victo: Si negasset, petebat à magistratu dies inquirendorum eius criminum, & instituebatur accusatio.

Æstimare

## Æstimare capitis.

*Cicero pro Cluentio: Pugnatum est, ut lis hac capitis æstimaretur.*

Euello facit Euelli, non Euulsi.

*Euello in præterito apud bonos autores Euelli facit, non Euulsi, ut aliqui recentiores voluerunt. Cicero pro P. Sextio: Qui in concione palàm dixerint linguam se euellisse M. Catoni. Idem in Verrem: Crucem, qua etiam nunc civis Romani sanguine redundat, qua fixa est ad portum urbemque vestram, reuellistis. Ibidem: Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibz reuellit, atque abstulit.*

## VIRGILIUS.

Non patris Anchisæ cineres, manesve reuelli.

*Idem:*

Telumque alta ab radice reuellit.

*Idem:*

Et quos Sidonia vix vrbe reuelli,  
Rursus agam pelago.

*Cicero in Verrem: Tum illa ex patellis & turibz, qua vellerat, ita fortè in aureis poculis illigabat. Plautus in Amphitrione: Ne ego homo infelix fui, qui non alas interuelli.*

## OVIDIUS.

Prima iugis tauros supponere colla coëgit;  
Et veterem curuo dente reuellit humum.

## EXTRA, ABSQVE.

**A**DVERTI, *Extra & Absque*, eleganter posita esse loco Præter: quod iam pridem ab omnibus passim præteritum est. *Plautus in Amphitrione: Nemo extra unū te. Terentius in Phormione: Neque cognatus extra unam aniculā quisquā aderat. Idem in Hecyra: Quam fortuna-*

ius sum ceteris in rebus, absque una hac. Cicero in Cati-  
linam: Nemo est extra istam coniurationem proditorum  
hominum, qui te non metuat. Titus Liuius ab vrbe con-  
dita. Ipsos liberosque eorum, & coniuges vendendas, ex-  
tra filias que nupsissent.

## E C Q V I D E T E C Q V Æ.

**E**C particula, multa cum venustate interrogat. Est  
enim per modum quendam loquendi in Latinitatem  
inducta. Plautus in Captiuis: Rogo Philocratem ex Au-  
liæ, ecquis omnium nonerit? Idem in Rudente: Heus ec-  
quid in villa est? ecquis recludit? ecquis prodit? Idem in  
Sticho: Dum percontor portitores, ecqua nauis venerit ex  
Asia? Idem in captiuis: Percontabor ecquis adolescen-  
tem nonerit? Idem in Mercatore: Ecquam aduexisti me  
matri ancillam à Rhodo? Terent. in Eunucho: Ecquid  
nos amas de fidicina hac? Idem in Eunucho: O popula-  
res, ecquis me hodie fortunatior? Cicero in Verrem: Ne-  
gotium dat illis suis comitibus nequissimis, turpissimisque  
hominibus, ut videant, & inuestigent, ecqua virgo sit, an  
mulier digna quam ob rem iste Lampfaci diutius com-  
moraretur?

## V I R G I L I V S:

Ecquid in antiquam virtutem animosque vitiles  
Et pater Æneas, & auunculus excitat Hector?

Idem:

Et quænam puero est amissa cura parentis?

## C A T V L L V S:

Ecquid nam in tabulis patet lucelli Expensum?

Titus Liuius ab vrbe condita: Ecquid sentitis vos  
Quirites? Idem de bello Punico: Respondent, ecquis  
Latini nominis populus defecerit ad nos? deinde: ecquis  
homo ex quinque & triginta tribubus ad Hannibalem  
transfugerit? Ibidem. Ecquos legatos ad Hannibalem  
Romani miserint de pace? Ecquam denique mentio-

*nem Roma factam esse?*

## EXAUDIRE.

**I**DEM omnino significatur verbo exaudire, quod simpliciter, audire. Sic pro Mil. Te enim appello ea voce, ut me exaudire possis.

## VIRGILIUS:

Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare  
Verbera.

*Ibidem.*

Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum,  
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum.

*Idem.*

Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes.

*Ovidius in Metamorph.*

Pyrame responde, tua te charissima Thisbe  
Nominat, exaudi, vultusque attolle tacentes.

## EDERE.

**E**DERE, præter alia significata, quæ nota sunt, modos occultiores habet loquendi. Dicitur enim Edere spiritum, quod est agere animam. Edere scelus, quod est perpetrare. Edere stragem, quod est facere. Edere nomen, quod est dare. Edere sonos, id est, proferre. Edere librum, hoc est, publicare.

Edere spiritum.

Cicero in Anton. Cuius in complexu libenter extremum vitæ spiritum ediderim.

Edere scelus.

*Ibidem:* Postea quod scelus, quod facinus parricida non edidit? *Idem pro Publico Sextio:* Tamen illi sceleri, quod in me illorum immanitas edidit, haud scio an hoc rectè proximum esse dicam. Titus Livius ab urbe condita: Si quidquam sceleris, quod homo in homines edere potest, non prætermisit.

Edere



## Edere stragem.

*Titus Liuius ab vrbe condita: Tantòq; maiorem stragem edidit, quàm inter hostes ediderat. Cicer. ad Atticum: Cum is meo nomine ad inuidiam uteretur, Dij immortales, quas ego pugnas, & quantas strages edidi.*

## Edere nomen.

*Titus Liuius ab vrbe condita: Vt redimendi potestas fieret, iussi nomina edere: & cum P. C. fermè ederent, Senatusconsultum factum est, vt legati eos Carthaginensibus redderent. Idem de bello Macedonico: Edit nomina eorum, quibus conuentis opus esset.*

## Edere sonos.

*Ouidius in Ibin.*

*Sed in aduerso nocturnus culmine Bubo,  
Funereoque graues edidit ore sonos.*

## VIRGILIUS.

*Vix hæc ediderat, cum effulis imbris atræ  
Tempesta sine mora furit.*

## Edere librum.

*Cicero de diuinatione: Unum librum Diogenes edidit, eius auditor duos Antipater. Idem de Fato: In iis libris, quos de Diuinatione edidi. Cicero pro P. Sylla: Non occultauit, non continui domi, sed describi ab omnibus statim librarius, diuidi passim, & peruulgari, atque edi Populi Roman. imperauit.*

## Edere scriptum.

*Prelium, clamorem, pugnam, munus gladiatorium, oracula, ignem, annos, cadem, lignum, exempla auaritie, risus, fœtus, iudicium.*

HADRIA. CARDIN.  
EST QVOD, NIHIL EST

QVOD.

**Q**VOD multi, est opus, non est opus, non oportet, non expedit, aut quid oportet? bonis alioqui verbis, ac Latinis, sed non ita aptis, aut appositis dicunt: perfecti illi Latini, est quod, nihil est quod, aut non est quod, aut quid est quod, dicebant. *Plautus in Aulularia*: Iam ad te reuertar, nam est quod visam domum. *Terent. in Heautont.* Nam nihil est illic quod moremur diuinius. *Idem in Eunuch.*: Nihil est quod dicas mihi, quarebam alium. *Cicero torquato*: Nihil est quod pro malis temporum molestè feras.

VIRGILIUS in Bucol.

Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.

Idem:

Nihil est quod dicta retractent  
Ignauī Aeneadae.

## EXCIPERE.

**E**XCIPERE quid sit, cum à vulgari, publicaque significatione discesseris, multis incognitum esse arboror. Est igitur Excipere, quod cauere, aut praescribere. *Varro de re Rustica*: In emptionibus iure vitimur eo, quod lex praescripsit, in ea re alij plura, alij pauciora excipiunt. Quidam enim pretio factò in singulas oues, ut agni chordi duo pro vna oue annumerentur, & si cui vetustate dentes absunt, item bina pro singulis, ut procedat. *Ibidem*: Aliter disco, atque fiet, quod capras sanas, sanus nemo promittit, nunquam enim sine febre sunt, itaque stipulantur paucis exceptis verbis. *Cicero ad Q. Fratrem*: Cùmque nominatim lex exciperet, ut ad templum, monumentumque capere liceret. *Idem de Legibus*: Qua in lege cùm esset, nève aurum addito, quàm humanè excipit? *Idem pro Cluentio*: Quapropter in omnibus legibus quibus exceptum est, de quibus causis, aut magistratum capere

capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare, hac ignominia causa prætermissa est. Idem de arte Rhetor. Nam & prætoris exceptionibus multe excluduntur actiones.

## ETIAM ADFIRMANTIS.

**E**TIAM adfirmantis aduerbium, cuius loco ferè omnes aliud aduerbium Ita, ponunt. Cicero pro Roscio Comodo: Si non, quo modo tabulas conficisti etiam, quãobrem tum cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduersariis relinquebas? Idem in Academicis questionibus: Quasi aut etiam, aut non, non modo verum esse, sed necessarium.

ATQVE, GEMINATA ET  
TRIPPLICATA.

*Tibullus.*

Atque tubas, atque arma ferunt strepitantia Cœlo  
Audita.

*HORATIUS:*

Atque herbas, atque incantata lacertis  
Vincula.

*Catullus.*

Ne vestrum scabra tangat rubigine nomen,  
Hæc atque illa dies, atque alia, atque alia.

*VIRGILIUS.*

Atque Deos, atque Astra vocat crudelia mater.

*Idem.*

Atque hic atque illic humeros ad vulnera durat.

*Idem.*

Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actius Orithya.

## ÆQUI BONIQUE FACIO.

**Æ**QUI boniq, facio, id est, in bonam partem accipio,  
æcerium modum esse loquendi, non rationem, nemo

negare potest. Terentius in *Andria*: Caterum equidem istuc Chreme equi bonique facio. Titus Linius ab urbe condita: Ne serpat latus contagio eius mali, nos equi bonique facimus. Cic. in *Attico*: Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud equi bonique facit.

## EXIMERE.

**E**XIMERE, apud veteres illos auctores præter alia significata est, quod extrahere, effodere, eruere. Cato de re Rust. Ficos & oleas altero modo inserit. Quod genus aut ficum, aut oleam esse voles, inde librum scalpro eximito. Ibidem: In amphoram mustum indito, & corticem applicato, demittito in piscinam, post XXX. diem eximito, totum annum mustum erit. Virruuius: Sequitur ordo de lapidicinis explicare, de quibus & quadrata saxa, & cementorum ad ædificia eximuntur copia & comparantur. Ibidem: Cum ædificandum fuerit ante biennium, ea saxa, non hyeme, sed æstate eximantur.

ÆS ALIENVM, TVVM, MEVM,

PATRIS, FILII.

**Æ**S alienum id certè est, quod dicimus debitum. Sed modum dicendi antiquum notare debemus, quo dicebant, æs alienum tuum, æs alienum meum, æs alienum patris, æs alienum filij. Quæ si benè inspexerimus, contraria esse verba significato reperiemus, & tamen dicendi talem esse modum, non rationem ullam fateri cogemur. Nam si æs alienum, quomodo meum? Si meum, quomodo alienum? Cicero *Attic*. Si quid æri alieno meo superabit? Idem in *Philippicis*: Etenim quæ res egestati, & æri alieno tuo præter mortem Cæsaris subuenire potuisset? Cicero *Attico*: Æs alienum faciendum puto. Idem pro *Publio Sylla*: Publij Cincij prædiis venditis, æs alienum eiusdè dissoluisti. Ibidem: Cuius æs alienum videmus iudices, non libidine, sed negocij gerendi studio esse contractum.

FAC

## F

FAC ESSE, FAC POTVISSE,  
FAC VELLE.

**F**ac esse, fac potuisse, fac velle, & facite, ac eiusmodi, modus est loquendi veterum illorum: idque significat quod illiterati dicunt, Ponamus quòd ita sit, ponamus quòd ita fieri potuerit, ponamus quòd ita velis.

Aut ut aliqui se elegantius dicere putant: Posito quòd ita sit, aut dato quòd ita sit, vel ponamus ita esse, quo quid est vulgarius, aut rudius? Cicer. Philipp. Hominem perditissimum, sed fac ita non esse, num Latine scis? In 2. Philipp. Eum tu occideres? Fac potuisse. Eidem: Nam liberalibus quis potuit in senatum non venire? fac id potuisse aliquo modo, num etiam cum venissemus, liberè potuimus sententiam dicere? In Tusculanis: Fac totum dolere corpus. Ibidem: Fac animum sic interire ut corpus. Idem de diuinatione: Fac dare Deos, quod absurdum est, quid refert, si accipere non possimus? In Verrem: Fac ita esse, tamen hoc ferendum nullo modo est.

## FERRE AD COELVM.

**F**ERRE ad Cælum, modus est loquendi Romano more, scilicet tantum aliquid laudare, ut laudibus quasi in Cælum feratur. Cic. in Verrem: Iunant me hac preclara nomina artificum, qua isti ad Cælum ferunt. Idem Furnio: Propterea festinatio abducat à tantis laudibus, quibus te omnes in Cælum iure & verè ferunt. Idem de Oratore: Quæ tu verbis ad Cælum extulisti.

## HORATIÛS:

Quæ vos ad Cælum fertis, tumore secundo.

HADRIAN. CARDIN.  
FERRE IN OCVLIS,  
habitare in oculis.

**F**ERRE & esse in oculis, modus est loquendi, quo valde diligere & diligi significetur. Habitare autem in oculis, per translationem, est ita frequentem & assiduum esse, ut quasi in oculis habitetur. Cicero ad Quintum fratrem: *Balbus in oculis fero.* Idem de responsis Aruspium, *Ferebant in oculis hominem.* Idem in Antonium: *Nam Trebellium valde iam diligit, oderat cum ille tabulis nobis aduersabatur, iam fert oculis.* Terentius verbum *Fero* dimisit in Eunucho. *Rex te ergo in oculis.* Cicero ad Atticum: *Itaque publicanis in oculis sumus. Gratis inquis viris. Sensimus.* Cicero pro Plancio. *Feci ut postea quotidie presentem me viderent, habitavi in oculis.* Idem Attico: *Visum est hoc mihi ad multa quadrare, presentem me viderent, habitavi in oculis.*

## FRUGI.

**F**RUGI à Fruge dicitur, quod indeclinabile est, compositum tamen cum Bono, antiqui quandoque ponebant, ut utrumque dicerent, & seruus frugi, & seruus bone frugi. Plautus in Pseudolo: *Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bone.* Ulpianus ad legem Aquiliam. l. *Inde Neratius: Sed si bone frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit.*

## FACERE.

**I**NFINITI penè dicendi modi à verbo *Facio* deducti sunt.

Facere delitias.

Plautus in Menechmis: *Eia, delitias facias.*

Facere damnum, pro eo quod dicimus

Damnum pati.

Plautus in Mercatore: *Non miror si quid damni facis, aut flagitij.* Cicero in Bruto: *Damnum enim illis*  
imma

*immaturo interitu res Rom. Latinaq; litera fecerint.*

Facere facinus, scelus, flagitium.

*Plautus in Bacchidibus: Atrida duo fratres dicuntur fecisse facinus maximum. Titus Livius ab urbe condita: Qui alienis manibus pessimum facinus fecere. Cicero de Oratore: Scelus eos nefarium facere dicunt. Plautus in Mercatore. At flagitium & damnum fecisse.*

Facere iratum.

*Cicero de Oratore: Cum iratum aduersario indicem facere vellet.*

Facere stipendia.

*Titus Livius ab urbe condita: Centuria qua sine armis stipendia facerent. Ibidem: Qui stipendia pedibus propter paupertatem fecisset.*

Facere praelium.

*Casar in Commentariis: Parvulis equestribus praeliis ad aquam factis.*

Facere sacrificium & sacra.

*Cicero in Brut. Licet aliquid etiam de M. Popilij ingenio suspicari, qui cum consul esset, eodem tempore sacrificium publicum cum lena faceret. Titus Livius ab urbe condita: Quidnam tu hospes paras, inquit, incestum sacrificium (ut dicunt) facere? Ibidem: Qui sacra publica populo Romano faceret. Ibidem: Castus enim sacra priuata facere. Ibidem: Illi sacra quadam in monte Albano, Latinisque vobis facienda tradiderunt.*

Facere æs alienum.

*Idem ab urbe condita: Æs alienum fecisse.*

Facere testamentum.

*Cicero de Oratore: Ac si tantum in prociñclu testamentum faceret sine libra atque tabulis.*

Facere finem.

*Plautus in Asinaria: Sermoni tam finem face tuo. Te-*

rentius in Phormione : Iam finem faciam dicendi mihi peccandi cum ipse de se finem non facit? Cicero in Verrō: Difficile est enim finem facere pretio, nisi libidini feceris. Idem in Rullum: Finem feci offerendi mei. Caesar in Commentariis: Finem properandi facit. Titus Livius: Finem tandem certaminum facerent.

Facere fidem.

Cicero in Catilinam: Finem faceret oratio mea. Idem in L. Pisonem: Non facies fidem, scilicet cum hac disputabis. Idem de Oratore: Fidei facienda causa.

Facere ludos.

Cicero ad Quintum fratrem: Quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine quicumque Rome ludos facerent. Idem Attico: Ludos facere absens malebat.

Facere scriptum.

Titus Livius ab urbe condita: Neque eius accepi nomen, quod scriptum faceret, tabulam posuisse, & iurasse se scriptum non facturum, quam aliquando antea desisse scriptum facere arguit Macer Licinius.

Facere dolorem & luctum.

Cicero Attico: Nulla medicina tam facit dolorem, quam que sanat. Titus Livius de bello Macedonico: Audita clade simul pauorem, simul luctum ingenitum fecit.

Facere castra.

Cicero Catoni: In Lycæonia castra apud Iconium faceret, & subdit: Apud oppidum castra fecit Cneius Pompeius Lucio Domitio: Neque castra propter anni tempus, & militum animos facere possum. Caesar in Commentariis: Castra facere constituit.

Facere periculum.

Plautus in Cistellaria: Face semel periculum. Terentius in Andria: Qui scis ergo istuc nisi periculum feceris? Caesar



*in Commentar. Vt in equum locum descenderent, legionumque pericula facerent.*

Facere conuitium.

*Modus est loquendi, quo significatur contumelias quem lacescere. Plautus in Mostellaria: Sic & presenti tibi facit conuitium. Idem in Mercatore: Male mihi precatur, & facit conuitium. Cicero pro Cluentio: Conuitium C. Iunio iudici questionis maximum fecit. Idem Attico: Cato aduolat, conuitium Pisoni consuli mirificum fecit. Ouidius ad Corinnam: Quid quaror, & toti facio conuuiia caelo?*

Facere naufragium.

*Cicero Tironi: Qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt.*

Facere promissum.

*Cicero de Officiis: Vt reddere depositum, etiam ne furioso facere promissum. Et in eodem: Promissum potius non faciendum quam tam tetrum facinus admittendum fuit, & subdit; Ergo promissa non facienda nonnunquam, & subdit: Facere promissa, stare conuenis, reddere deposita, commutata utilitate sunt, non honesta.*

Facere iter.

*Cicero pro Cn. Planco: At ego cum casu diebus iis itineris faciendi causa decedens e provincia, Puteolos forte venissem. Idem de diuinatione: Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent. Idem Cato: Cum exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cepissem.*

Facere turbas.

*Plautus in Bacchidibus: Tantas turbellas facio. Cicero in Verrem: Maximas in istius castris fecisse turbas dicitur.*

Facere

## Facere verbum.

*Facere verba, loqui & explicare verbis rem significat, Facere verbum, est vix loqui, mussare, vel pauca proferre. Plautus in Asinaria: Verbum hercle facere non potest. Ibidem: Haud verbum faciam. Terentius in Andria: Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit. Cicero pro Sexto Roscio Amerino: Non me hercle verbum fecisses. Ibidem: Deque ea societate neminem esse, qui verbum facere hoc tempore auderet. Idem pro Aulo Cluentio: Cum ille verbum omnino in hac ipsa causa facere nullum potuerit.*

## Facere verba.

*Plautus in Aulularia: Sic verba hic facio, quasi negotij nihil fiet. Ibid. Nunc verba ne facias soror. Idem in Rudente: Verba facimus, it dies. Cic. Attico: At me existimatis ad manendum esse propensioem, quod plura in ea parte verba fecerim?*

## Facere iusta.

*Plautus in Cistellaria: Postquam ille uxori iusta fecit.*

## Facere copiam.

*Idem in Asinaria: Uti sibi amanti facerem argenti copiam. Ibidem: Feci enim ei quod orauit, mei copiam. Idem in Captiuis: Gratiam habeo tibi, cum copiam istam mihi, & potestatem facis.*

## Facere medicinam.

*Idem: Si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest. Cicero pro Publio Quintio: Medicina faciende locus non erit.*

## Facere iudicium, &amp; facere auctoritatem.

*Plautus in Cistellaria: Mi spectatores, facite iudicium. Cicero pro lege Manilia: De quo homines vos id quod maximè facit auctoritatem, tanta & tam praeclara iudicia fecistis.*

Facere

## Facere lucrum.

*Plautus in Mercatore: Lucrum ingens facio. Idem in Persa: Rectè rem gero, & facio lucrum. Ibid. Vnde tu prae grande lucrum facias.*

## Facere coniecturam.

*Idem in Casina. Ego hanc de me coniecturam domi facio. Cicero in Verrem: Ex quibus coniecturam facere de omnibus possitis. Ibid. Vos rogarem, ut coniecturam faceretis.*

## Facere rem diuinam.

*Plautus in Curculione: Postquam rem diuinam feci, venit in mentem mihi. Cato de re Rustica, Eam rem diuinam, vel seruus, vel liber licebit facito. Cicero in Verrem: Res illum diuinas apud eos deos in suo sacratio prope quotidie facere vidiisti. Titus Livius de bello Macedonico: Res diuinas facere maioribus hostiis iusserunt.*

## Facere furtum.

*Plautus in Rudente: Furtum ego vidi qui faciebat.*

## Facere rem.

## H O R A T I V S:

Is ne tibi melius suadet, quàm vt rem facias, rem  
Si possis rectè: si non, quocunque modo rem.

## Quanti facere.

## H O R A T I V S:

Septimius Claudii nimitum intelligit vnus,  
Quanti me facias.

## Facere officium.

*Idem:*

Officium facito, tu poscis filia.

*Mecum facere, secum facere, vnà facere, nobiscum facere, modi sunt loquendi, à paucis (vt reor) notati: significant enim id, quod mecum sentire: qua loco multi insulse ponunt, pro me facere.*

Facere

Facere versus.

HORATIVS:

Paupertas impulit audax,  
Vt versus facerem.

Facere sumptum.

*Idem: Pro quaestu sumptum facit. Varro de re Rustic. Nemo enim sanus mente debet velle impensam ac sumptum facere in cultura, si videt non posse refici. Cicero pro lege Manil. Non modò ut sumptum faciat in militem, nemini vis adfertur.*

Facere vitium.

*Cicero in Topicis: Si ades ex se corruerunt, vitium vobis fecerunt. Vitruvius: Si venti frigidi sunt, ledunt: si calidi, vitiant: si humidi, nocent: idem faciunt vitia pauperum.*

Facere impetum.

*Cicero Catoni: Armenium regem in Cappadocia impetum esse facturum. Idem pro lege Manilia: Sed in exercitum vestrum clarum, atque victorem impetum fecit. Idem pro Publio Sextio: Impetum faciunt in Fabricium. Idem pro Tuo Annio Milone: Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum.*

Facere modos.

*Terentius in argumento Andria: Flaccus Claudij filius, modos fecit tibiis paribus dextris, & sinistris. Cicero de Orato. Neque id actores prius viderunt, quam ipsi Poëta, quam denique illi etiam qui fecerunt modos.*

Facere gratum.

*Idem Attico: Feceris mihi gratum, si ante eò veneris. Eidem: Per mihi per inquam gratum feceris.*

Facere potestatem.

*Varro de re Rustica: Secundum cibum large ut bibant, faciunt*

faciunt potestatem. *Ibidem*: Sæpè etiam quærendi potestatem facit de his. *Cicero in Verrem*: Neque se alius videndi potestatem esse facturum.

Facere argentariam.

*Ibidem*: Qui argentariam Regij maximam fecerat. *Ibidem*: Quam illi argentariam Lepi fecisse dicit.

Facere manum.

*Ibidem*: Illi nocte facta manu armataque veniunt.

Facere prælium.

*Ibidem*: Princeps enim omnium Pansa prælij facienda, & cum Antonio confligendi fuit.

Facere vellaturam.

*Varro de re Rustica*: Item dicuntur qui vecturis viuunt, vellaturam facere.

Facere cædem.

*Cicero pro Tito Annio Milone*: Potuitne Fabritio viro optimo, cum de reditu meo legem ferret, pulso crudelissima in foro cade facta? *Idem pro P. Sextio*: Cædem maximam facias.

Facere vota.

*Cato de re rustica*: Marti Syluano in sylua interdum in capita singula bouum vota facio. *Cic. pro Milone*: Vota enim feceratis, ut in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones.

Facere infidias.

*Cicero pro Tito Annio Milone*: Milo vnus vrgebat hic Diij immortales (ut supra dixi) mentem dederunt illi perditio ac furioso, ut huic faceret infidias.

Facere funus.

*Cicero pro Cluent.* Et ibi de integro funus iam sepulso filio fecit.

Facere

Facere reum.

*Cicero pro Cluentio: Tamen habitus Opianicum reum statim non fecit. Ibidem: Reum statim fecit. Ibidem: Apud eosdem iudices reus est factus.*

Facere iudicatum.

*Idem pro Lucio Flacco: Cum iudicatum non faceret.*

Facere imperata.

*Cesar in Commentariis: Iussus arma abiicere, imperata facere.*

Facere vindemiam.

*Varro de re Rustica: Vvas legere & vindemiam facere inter equinoctium autumnale, & Virgiliarum occasum.*

Facere sementem.

*Cato de re Rustica: Sementem facito ita.*

## FERRE, INFERRE, REFERRE.

**F**ERRE & inferre pedem, est intrare: Referre pedem est eius contrarium, quod ineptè multi dicunt, retrahere se. Afferre pedem, venire. Conferre pedem, simul congregari. Efferre pedem, est exire.

## VIRGILIUS:

Inde domum si forte pedem, si forte tulisset,  
Me refero.

Idem:

Ferte pedem, Fauni que simul, Dryadesque puellæ.

## HORATIUS:

Quam nec ferre pedem decuit choris.

*Plautus in Menechmis: Propterea Menechme ferre pedem. Titus Livius ab urbe condita: Audent ultro gradum inferre: Ibid. Paulo post ultro inferens pedem, ad unum omnes occidit.*

*occidit. Ibid. Clamore renouato inferunt pedem.*

HORATIUS:

Neque impudica Colchis intulit pedem.

Referre pedem.

VIRGILIUS:

Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus  
Cedebat.

OVIDIUS *de Ponto.*

Cum profugum possis ipse referre pedem.

*Idem:*

Turpe referre pedem: nec passu stare tenaci.

PROPERTIUS:

Nescit vestra ruens ira referre pedem.

*Galba Ciceroni: Duae cohortes erant, & cohors preto-  
ria pedem referre ceperat. Titus Livius ab urbe cond.  
Cum gradum retulissent. Ibidem. Inerfectum rati gra-  
dum retulerunt. Caesar in Commentariis: pedem referre,  
& loco excedere, non turpe putarent. Ibidem: Vulneribus  
defessi pedem referre.*

Afferre pedem.

*Catullus: Abite, unde malum pedem attulistis.*

Conferre pedem.

*Cicero pro Plancio: Non possum magis conferre pedem  
(ut aiunt) aut propius accedere.*

Efferre pedem.

*Plautus in Captiuis: Seruate istum sultis intus serui,  
ne quoquam pedem efferat.*

VIRGILIUS.

Mene efferre pedem genitor, te posse relicto,  
Sperasti?

*Cicero ad Atticum: Nunc illum, qui pedem porta  
quoad hostis eis Euphratem fuit, non extuleris, honore  
augeri?*

HADRIA. CARDIN.  
FACINORIS, ET  
sceleris crimen.

**C**ICERO facinoris crimen, crimen sceleris, crimen delicti quandoque posuit. Crimen enim quandoque pro quadam quasi calumnia, siue accusatione, quandoque pro ipso delicto, interdum pro genere peccati: Facinus verò est scelus pro quadam specie vel forma definitur. Cicero M. Marcello: Primum ad se reuocarent maximi facinoris crimen. Ibid. Cur non comprehenderint, cur non ipsius confessionem facinoris multorum oculis, denique voce, tanti sceleris crimen expresserint? Idem pro Cornelio Balbo: Nam verius nihil est, quam quod hesterno die dixit ipse, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare, ut nullius in delicti crimen vocaretur.

FACTVS AD VNGUEM, AD  
libidines, non ita factus.

**F**ACTVS ad unguem, factus ad libidines, non ita factus, modi sunt loquendi scilicet illius seculi elegantissimi.

HORATIUS:

Fonteius ad unguem

Factus homo.

Cic. in Verr. Rubrius quidam homo factus ad istius libidines. Idem in Bruto: Siue quod natura non esset ita factus.

AD EXEMPLVM, VEL AD  
exemplar.

**A**D exemplum autem, vel ad exemplar, idem est quod ad similitudinem. Plautus in Mercatore: Verum ad hoc exemplum nunquam ut nunc infania.

HORATIUS:

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,

Alfenus de conditionibus, l. In testamento. Ut monumentum ad exemplum eius, quod via salaria esset, fieret.

NE



## NE EA RES MIHI SIT

Fraudi, fraus.

**N**E ea res mihi sit fraudi, hic modus loquendi apud veteres id significat, quod, Ne ea res mihi adscribatur, vel ne noceat, neve vitio detur, unde pœna aliqua proueniat. Antiqui enim fraudem pœnam vocabant. Cicero pro L. Mure. Id erit eius vitrico fraudi ac crimini. Idem pro Sexto Roscio Amerin. Id erit ei maxima fraudi. Idem in Philippi. Censeo ut is, qui in exercitu Antonij sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Calend. Februarij ab eo discesserint. Idem Lent. Si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna largita est nonnullorum hominum perfidia detraxerit: id maiori illis fraudi, quàm tibi futurum.

HORATIUS in Odis:

Tu separatis vuidus in iugis  
Nodo coerces viperino  
Bistonidum sine fraude crines.

Idem.

Cui per ardentem sine fraude Troiam,  
Castus Æneas patriæ superstes  
Liberum munivit iter daturus  
Plura relictis.

*Titus Livius ab urbe condita: Alij metu, ne non venisse fraudi esset. Ibid. Ne cui fraudi esset secessio militum, plebisque.*

G

## GERMANVS.

**G**ERMANVS non solum frater, aut ex Germania oriundus, quod manifestum est, sed quandoque etiam germana patria, germana lingua, germanus Atticus, & huiusmodi dicitur. A germine tamen omnia deriuantur, quasi inde germinata sit ea res, de qua dicitur. Plau. in Captiuis: Nam ille quidē Theo-

R 2

*doromedes fuit germano nomine. Idem in Rudente. Atque heras tuas quidem hercle, atque ex germana Graecia. Cicero de Oratore: Hanc ego indico formam submissi Oratoris, sed magni tamen, & germani Attici. Ibidem: Hos germanos huius artis magistros. Idem in Rullum: Illi veteres, germanique Campani. Idem in Academicis: Erat quippe, si per pauca mutauisset, germanissimus Stoicus.*

### GENERATIM, ET SPECIATIM.

**G**ENERATIM & SPECIATIM, antiqui saepe in operibus suis scriptum reliquerunt. Posterius generaliter & specialiter passim eorum loco posuere. Cic. de Oratore: Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta, generatim componerent. Idem de reditu suo: Legem speciatim initio de salute mea promulgauit.

### VIRGILIUS.

Generatim discite cultus.

*Vitruuius: Et iis mixtionibus naturali temperatura figurantur omnium animalium in mundo generatim qualitates. Casar in Commentariis. Multa praeterea generatim ad auaritiam excogitabantur.*

### GRAVATE.

**G**RAVATE, aduerbio veteres utebantur: idem quod *Gmolestè*: quo loco ineptè dicunt, cum aisplicentia. Plautus in Bacchidibus: Quam grauate pater dedit! Tullius de Officiis: Grauate ille primo. Tuus Linius ab vrbe condita: Haud grauate munus obeundo. Idem de bello Macedonico: Id grauate concessum regi est.

### GAVDERE IN SINU.

**G**AVDERE in sinu, significat aliquem tacitè re & fortuna sua contentum viuere. Cicero in Tusculanensis: ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.

## O V I D I V S.

Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu.

GRATVLARI HANC REM, HAC  
RE, ET DE HAC RE.

**G**RATVLOR tibi hanc rem, & hac re, & de hac re,  
*Ab doctis saepenumero indiscretè dictum. Plautus in  
Captiuis: Eunt obuiam, gratulanturque mihi eam rem.  
Caelius Ciceroni: Gratulor tibi affinitate viri medius si-  
dius optimi. In Verrem: Appellat hominem, & ei voce  
maxima victoriam gratulatur. Lentulo: Quod mihi de  
nostro statu, de Milonis familiaritate, de lenitate & im-  
becillitate Clodij gratularis, minimè miramur.*

## H

HABERE HONOREM,  
Habere honores.

**H**ABERE honorem, est, quod honorare, honoribus  
afficere, & officiis prosequi. Quandoque habere  
honores, per translationem id significat, quod  
honorare ad consequendos magistratus. Plautus in Au-  
lularia: Coepi obseruare ecquid maiorem filius mihi hono-  
rem haberet, quam eius habuisset pater. Idem in Stichus:  
Neque ille eos honores mihi quos habuit, perdidit. Cicer,  
pro L. Flacco. Cui nullus honos in sua ciuitate habitus est  
vquam. Idem Rufus: Si honos is fuit, maiorem tibi habere  
non potui: Si fides, maiorem tibi habui, quam penè ipse  
mihi. Idem in Antonium: Ex literis enim C. Pansa, A.  
Hircij Consulem, C. Caesaris propraetoris de honore Diis  
immortalibus habendo sententiae diximus.

Habere sermonem.

Habere sermonem, id est, facere verba, colloqui, con-

mentari. Varro de re Rustica: *Narraſti quidem eidem, quid ſermones ſint habiti. Ibidem: Reſeram ſermones eos, quos de agricultura habuimus nuper. Cicero Attico: Multum is mecum ſermonem habuit, & perhumanum de diſcordiis multorum.*

Habere iter.

*Habere iter, idem eſt quod iter facere. Cicero Attico: Et ille in Sardiniam iter habebat.*

Habere fidem.

*Habere fidem verbis, idem dicendi modus eſt, quo multi ineptè dicunt, Dare fidem verbis. Cicero in Verrem aſſione ſexta: Fides huic deſenſioni non haberetur. Idem pro Cluentio: Non ſolum ſibi poteſtatem datam, verum etiam fidem habitam eſſe meminiffe.*

Habere Senatium.

*Cicero pro domo ſua: Cum in Capitolio Senatium duo Conſules haberent.*

HOMO ROMANVS, GRÆCVS,

adoleſcens, &c.

**H**OMO Romanus, homo Græcus, homo adoleſcens, homo Italicus, homo nouus, homo conſularis, homo alienigena, homo valens, modi ſunt loquendi à diuina illa vetuſtate celebrati. Varro de re Ruſtica. Duo in primis videntur ſpectaſſe Italici homines. Cicero pro Mar. Celio: *Aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis. Idem de prouinciis Conſularibus: Conſtabat enim Græcum hominem, ac leuem in ipſa prouincia quaſi triumphaſſe. Idem pro lege Manilia: Quid tam nouum, quam homini per adoleſcentis, cui à Senatorio gradu ætas longè abeſſet, imperium atque exercitum dari? Saluſtius in Catilina: Delinquere homines adoleſcentuli per ambitionem. Cicero Attico: In quo magis reprehendendus ſum, quòd homo Romanus Pireæ ſcripſerim.*

HO

## H O M O N O V V S.

**H**OMO novus est, qui nullis maiorum suorum rebus  
 praclarè gestis, sed à sua virtute clarere incipit.  
 Cic. in Officiis: Quòd praclarè edificasset in palatio; &  
 plenam dignitatis domum: quæ cum a vulgo viseretur,  
 suffragata domino novo homini ad Consulatum putaba-  
 tur. Salustius in Iugurthino: Etiam homines novi: qui  
 antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire.

Homo alienigena.

Cicer. pro Rege Deio. Isædem rebus est perturbatus  
 homo longinquus & alienigena.

## H O M O V A L E N S.

**D**ICITUR homo valens qui nihil aliud est quàm  
 homo, qui viribus magis quàm industria aut vir-  
 tute aliqua valet præstare. Cicero pro Anlo Cluentio:  
 Cum Albio quodam colono homine valente, qui simul  
 esse solebat, familiarius uteretur. Idem in Verrè: Sex  
 lictores circumstant valentissimi, & ad pulsandos ver-  
 berandosque homines exercitatissimi.

## H A B E R E R A T I O N E M.

**H**A B E R E rationem, id significat, quod illiterati  
 habere respectum dicunt, & genitivo iungitur. Ha-  
 bere autem rationem cum aliquo, id est, quod ineptè com-  
 putum facere, aut computare dicunt. Ratio enim hic pro  
 calculo accipitur, ut ratio accepti & expensi. Cicero de  
 Senectute: Habent enim rationem cum terra, quæ nun-  
 quam recusat imperium. Varro de re Rustica: Etenim ti-  
 bi ratio cum Horco habetur, ubi non modò fructus est  
 incertus, sed etiam colentium vita. Cicero pro Attico:  
 Nunc verò quoniam quæ putavi esse præclara, expertus  
 sum quàm essent inania, sum omnibus Musis rationem  
 habere cogito.

HADRIA. CARDIN.  
HABERE RATIONEM  
absentis.

**H**ABERE rationem absentis, & si ab eodem significato dependet, non tamen id planum, & in campo positum est. Cum enim ij aberant, qui vel sacerdotia vel magistratus petebant, aut ex illis decedebant alios honores petaturi, eorum absentium ratio ita interdum habebatur, ut absentes secundum presentes tractarentur. Quandoque factione aut odio aliquo intercedente, nulla absentium ratio habebatur. Quod in Caesaris causa factum est, qui cum perfecto decennio, Galliarum imperio Consulatum secundum peteret, ab Senatu obtineri non potuit, ut eius absentis ratio haberetur. Unde armis patriam adortus, regnandi causa ius violavit.

HABEO DICTVM, HABEO

DICERE.

**H**ABEO dictum, Habeo dicere: & Habeo polliceri, Elegantie plena sunt. Plautus in Persa: Satis iam habeo dictum. Cicero in Antonium: De Cesare satis dictum habeo. Idem pro Cornelio Balbo: Quid habemus igitur dicere de Gaditano foedere? Idem de Nat. Deorum: Hac ferè dicere habui de Natura Deorum. Idem Lentulo: De Alexandria, causâq; Regia tantum habeo polliceri, me tibi absentis, tuisq; presentibus cumulate satisfacturum. Idem Attico: Eò minus habeo necesse scribere.

I

IAM INDE A PRINCIPIO.

**I**AM inde à principio, iam inde vsque à puero, iam à puero, à pueris, vsque à pueris, & à puero, iam inde ab adolescentia, iam inde vsque à pueritia: modi sunt loquēdi, nativo Latin. cā dore respersi.  
A pue

A puero, Iam à pueris, A pueris.

*Plautus in Stichis: Iam inde à puero ridiculus fui. Cicero in Tusculanis: Homini præsertim docto à puero institutis & artibus ingenuis erudito. Terent. in Heautont. Qui nos putant iam à pueris ilico nasci senes. Titus Livius de bello Punico: Ita se à pueris adsuetos.*

Vsque à pueris, & iam inde vsque à pueritia.

*Terentius in Adelphis: Vsque à pueris curavi ambos sedulo. Idem in Heautont. Nam mihi magna cum eo iam inde vsque à pueritia semper fui familiaritas.*

Iam inde à cunabulis, & inde ab incunabulis.

*Varro de re Rustica: Iam inde à cunabulis. Titus Livius ab urbe condita: Inde ab incunabulis imbutus odio Tribunorum.*

Iam inde ab initio.

*Titus Livius ab urbe condita: Iam inde ab initio præparans animos. Ibidem: Iam inde ab initio. Ibidem: Iam inde ab initio Faustulo spes fuerat Regiam stirpem apud se educari. Ibidem: Vi institutum iam inde ab initio erat.*

Inde à principio, & iam inde à principio.

*Plautus in Bacchidibus: Inde à principio iam impudens epistola est. Idem in Casina. Vi vos mihi æquos iam inde à principia dicam. Cicero pro Cornelio Balbo: O iura præclara, atque diuinius iam inde à principio Romani nominis à maioribus nostris comparata. Tit. Livius de bello Punico: Iam inde à principis generis maiores suos bella gessisse.*

Iam inde ab adolescentia.

*Plautus in Bacchidibus. Hi senes nisi fuissent nihili, iam inde ab adolescentia non hoc tantum flagitium facerent. Terentius in Adelphis: Is adeo dissimili studio est, ab adolescentia.*

Iam inde à certaminibus.

*Titus Livius ab urbe condita: Iam inde à paternis certaminibus inuisus.*

Iam inde à teneris, &c.

VIRGILIUS in *Georgicis*:

Iam inde à teneris impende laborem.

*Cicero de Oratore: Est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele constituta. Titus Livius de bello Macedonico: Tentare gentem auersam Romanis iam inde ab Racilli morte.*

Id temporis.

*Id temporis, per id tempus, id aetatis, hoc aetatis, id horae, è loci, quò loci, elegantissimo dicendi modo scriptum apud illos veteres comperitur.*

Id temporis, per id tempus.

*Varro de re rustica: Itaque eorum fructus id temporis maximè consistit. Ibidem: Quòd ibi sapè id tēporis oriuntur nimbi. Cicero de Oratore: Et nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus operam. Idem in Catilinam: Quos ego iam multis, ac summis viris ad me id temporis venturos esse praedixeram. Titus Livius ab urbe condita: Vt purgaret se, quòd id temporis venisset. Cicero in Bruto: Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se. Hircius in Commentariis: Per id tempus ferè Caesaris exercitui res accidit incredibilis audiui.*

Id aetatis.

*Plautus in Asinaria: Neque puduit eum id aetatis Sycophantias struere. Cicero Tarannio: Ita viximus, & id aetatis iam sumus, ut omnia quae nostra culpa nobis accidunt, forister ferre debeamus. Idem in Oratore: Quoniã id nobis Antoni, hominibus id aetatis oneres imponitur. Titus Livius ab urbe condita: Quis, & cuius, & cur id aetatis in castris fuisset. Ibidem: Qui se id aetatis sollicit assent.*

Hoc



Hoc ætatis, Quid sis ætatis.

Plautus in *Trinummio*: *Quantquam hoc me ætatis scophantari pudet. Idem in Bacchidibus*: *Censebam me effugisse à vita maritima, ne nauigarem tandem hoc ætatis senex. Idem in Persa*: *Ego scio quid sis ætatis.*

Eo loci, quo loci.

Cicero *Attico*: *Res eodem est loci, quò reliquisti. Ulpianus de iudiciis, l. Hares. Defendere se eo loci debebit. Idem eodem titulo, l. Sed et si: Si ea res, quæ per fideicommissum relicta est, eò loci sit, discendum est non debere præscribi. Idem de noui operis nunciacione, l. De pupillo: Qui eò loci operantur. Idem de Senatusconsulto Silianiano, l. Cum aliter: Quicumque eò loci fuerunt, unde vocem exaudire potuerant. Vitruuius: Quò loci describuntur lineæ.*

## IVRARE CONCEPTIS VERBIS,

Periurare.

**I**VRARE conceptis verbis, & Periurare, modus est loquendi apud veteres. Formula enim quedam iuraturæ proponebatur certis notatis verbis, in quam iurandum esset, quandoque absolutè conceptis iurare dicebatur. Plautus in *Asinaria*: *Vbi verbis conceptis sciens libenter periuraris. Idem in Cistellaria*: *At ille conceptis iurauis apud matrem meam. Idem in Mercatore. Conceptis verbis iam iniurandum dabo. Idem in Bacchid. Ego iniurandum conceptis verbis dedi. Idem in Truculento: Quid si me iubeat intrmittere? conceptis me non facturum verbis iurem? Cicero pro Aulo Cluentio: Dixit se scire illum verbis conceptis peietasse.*

Iurare in verba.

*Iurare in verba, id est, quod iuramento promittere, seruare ea, quæ verbis conceptis essent promissa.*

H O R A

## HORATIVS:

In verba iurabis mea.

*Idem.*

Nullius addictus iurare in verba magistri.

## IMPINGERE.

**N**ON est impingere quod adscribere, aut attribue-  
re, ut nonnulli insulse volunt: sed in faciem, aut oculo-  
s iactare. Cicero in Tusculanis: Huic calix mulsi im-  
pingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid eiusmodi.  
*Idem ad Atticum: Impegit formulam Scaptio. Sed hic  
metaphora est.*

## VIRGILIUS:

Impingeret agmina muris.

## INFANTIA.

**I**NFANTIA non pro aetate solum, sed pro dicendi in-  
scitia ab veteribus illis ponebatur. Cicero Attico: Om-  
nino accusatoris incredibilis infantia. *Idem pro Cluen-  
tio. Si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in eius-  
dem causa dixissem, ne impudentissimus existimarer.*

## IMPRESSIO.

**Q**UID sit impressio, diu multumque meditans, cum  
apud nonnullos reperissem impressionem factam  
esse, adductus sum ut id esse crederem, quod per im-  
petum, quod quasi per impressum terrorem fiat. Var-  
ro libr. 2. rerum Rusticar. Hostes se arbitari occasionem  
habere victoria, impressionem facere coeperunt in ca-  
stra. Cicero pro Lucio Flac. Non igitur impressio, non  
ocasio, non vis, non tempus, non imperium, non secu-  
res ad iniuriam faciendam Flacci animum impule-  
runt. Hircius in Commentariis: Ut omnium multitudine  
in fines Suevionum, qui Remis erant attributi, face-  
rent impressionem. *Ibidem: Caesar equitum turmas suo-  
rum inbet in hostium equitatum, qui ad oppidum in sta-  
tione*

ratione erat, facere impressionem. Titus Livius ab urbe condita: Postquam impressionem sensere ex aduerso factam, & ante oculos micare gladios.

### INIRE GRATIAM.

**I**NIRE gratiam, inire rationem, inire Magistratum, inire consilium, inire pugnam, modi sunt loquendi, memoria maxime mandandi.

Inire gratiam, & cum præpositione A vel Ab.

Plautus in Curculione: Inibis a me solidam, & grandem gratiã. Idem in Trinummio: Hoc pacto ab illo inibis summam gratiam. Idem in Asinaria: Benè herclè facitis, & à me initis gratiam. Idem in Mostellaria: Eandem inibis gratiam. Ibid. Si eam demonstrat, ineat magnam gratiam. Terentius in Adelphis: Ego lepidus in eo gratiam. Cic. de Officiis: Sin erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia, maior quadam cura adhibenda est. Casar in Commentariis: Qui se summam à Casare gratiam inituros putarent. Titus Livius de bello Macedonico: Apud regem gratiã initam volebant. Idem de bello Punico: Gratiam magnam apud Hannibalem inituros.

### Inire rationem.

Cato de re Rustica: Ubi ea cognouit, rationem inire oportet operarum, dierum. Cicero in Verrem: Mihimet ineunda ratio, & via reperiunda est, qua ad Apronij, siue ad eò qua ad istius ingentem immanemque pradam possim peruenire. Idem de Servio Sulpicio: Aduus, meãque rationem, quem a modum illa mulier Romam perducatur. Casar in Commentariis: Ut quò primum curreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri posset. Titus Liv. ab urbe condita: Inita tandem ratio est, ut quod viribus deerat, arte equaretur.

### Inire consilium.

Cicero ad Brutũ: Consilia inire capi Brutina planè.

Titus

*Titus Livius ab urbe condita; Qui regni recuperandi consilia inissent. Caesar in Commentariis: Vñ cum Ambiorige consilium inierat.*

Inire pugnam, & prælium.

*Plautus in Amphitruone: Antequàm cum Taphiis à te pugna sit iniita. Tit. Livius de bello Punico: Tentata verius pugna, quàm iniita est.*

Inire urbem.

*Titus Livius ab urbe condita: Ut ovens sine militibus urbem iniret. Ibidem: Triumphantibus victores cum exercitus urbem inierunt.*

Inire Consulatum.

*Tit. Livius ab urbe condita: Consulatum incunt.*

Inire numerum interfectorum.

*Idem de bello Macedonico: Numerus interfectorum haud facile iniri potuit.*

Inire interregnum.

*Idem ab urbe condita: Tertio die quàm interregnum inierat. Consules creat.*

Inire epulas.

*Cicero in secundo de Legibus. Sequebantur epule, quas inibant propinqui coronati.*

Inire conuiuium.

*Idem in Verrem aëtionem 6. Quo cum inire conuiuium nemo unquam, nisi turpis, impurusque voluisset.*

## INTENTARE MORTEM,

Manus, arma, faces, &c.

**I**NTENTARE mortem, intentare manus, modo loquendi elegantissimo veteres illi frequenter vsi sunt: id enim significat, quod mortem comminari, manus ferè iniicere.

## V I R G I L I V S :

Præsentemque viris intentant omnia mortem.

O V I D I V S in *Metamorphosi*:

Conatæque loqui, & magno clamore protervas  
Intentare manus.

*Cicero pro Milone*: Itaque quando illius postea sic illa, quam a Catilina acceperat, conuenit? Hac intentata nobis est, huic ego obiici pro me non sum passus. *Tullius* *Liuius* ab urbe condita: Prænестinis iam intentare arma. *Ibidem*: Dictatorum fulmen in se intentatum. *Ibidem*: Virgas & secures victoribus intentari. *Ibidem*: Gladij etiam plerisque intentati. *Idem* de bello Macedonico: Cum intentassent magis, quam inissent certamen. *Hircius* in *commentariis*: Et ei manus intentari cœperunt.

## I N S T A R.

I N S T A R absolute, & sine genitiuo, aliquando pro exemplari ponitur.

## V I R G I L I V S.

Tantum instar in ipso est.

*Ulpianus* de operis noui nunciatione, l. Stipulatio: Si proponatur instar quoddam operis, quasi facies quadam facti operis.

## I A C E R E A D P E D E S.

I A C E R E ad pedes, prouolui, procumbere ad pedes, & ad genua, eleganter auctores optimi dixerunt.

## I N C I D I T M I H I.

*Terentius* in *Andria*: Nam qui tibi isthac incidit suspicio? *Cæsar* in *Commentariis*: Tantus terror incidit eius exercitui.

## I V R E T V O, I V R E M E O.

I V R E tuo, iure meo, pro tuo iure, pro meo iure, id est, quod multi insulse dicunt, Tuo modo, meo modo, ad voluntatem tuam, ad beneplacitum; & alia, que commemorare

morare pudet. Cic. in Oratore: Pro meo iure sumo. Idem Calio: Vt ad te familiariter, & quasi pro meo iure scriberem. Idem pro P. Sextio: Quare moneo vos adolescentiores, atque hoc meo iure precipio. Ulpianus de damno infecto, l. Proculus: Si iuxta mea adificia habeas adificia, eaque iure tuo altius tollas. Cic. Servio Sulpitio: Vt si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi iure suo denunciare.

INSTRVERE HORTOS, NAVEM,  
fundum, domum.

**D**ICEBANT antiqui, instruere hortos, instruere nauem, fundum, domum, & huiusmodi: quo nihil aliud significatur, quam comparare in hortis necessaria, in naui, in fundo, domi, vt nihil, quod vsui aut ornamento sit illis desit. Cicero de Officiis: Emit hortos, & emit instructos. Iulianus ad legem Rhodiam, de iactu, A auis aduersa: Hic enim sumptus instruenda magis nauis, quam seruandarum mercium gratia factus est. Scaenola de peculio, l. Filio familiars: Cui ex heredibus pradia prelegauit vt instructa erant cum seruis. Idem eodem titulo, l. Vni ex heredibus pradia legauit, vt instructa erant cum seruis, & ceteris rebus, & quid ibi esset. Ulpianus locati & conducti, l. Si addes: Dolia utique colono esse prestanda, & pralum, & trapeta instructa funibus: si minus, dominum instruere ea debere. Idem de verborum significatione, l. Instructam autem tabernam sic accipimus, qua & rebus, & hominibus ad negotiationem paratis constat. Iabolenus de fundo instructo, l. Si cui fundum & instrumentum legare vis, nihil interest quomodo leges, fundum cum instrumento, an fundum instructum.

I T E M.

**N**IL vulgariius est particula Itē: at interior latet sensus, quo dici non potest, quam eleganter vsi fuerunt perfecti

perfecti illi autores: Meo iudicio id quandoque significat, quod Ita, quandoque quod Autem, quandoque quod Similiter, Plautus in *Aulularia*: Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem, factiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum. Terentius in *Andria*: Sed postquam amans accessit ad eam precium pollicens unus & item alter. Cic. in *Oratore*: Nam omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat: radices stirpesque non item. *Ibidem*: Ita fit, ut non item in oratione, ut in versu numerus extet. *Ibidem* in arte Rhetorica: Inferius non item. *Ibidem*: Quae omnia item uti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reperiuntur. *Idem* in *Academicis*: Non enim fortuito hunc artificem dicemus esse, illum negabimus. Sed cum alterum percepta & comprehensa tenere videamus, alterum non item.

In rem esse, ex re tua, est dignitate, est Republica.

Plautus in *Pseudolo*: Quasi quid in rem sit, possimus noscere. *Idem* in *Aulularia*: Quod in rem esse utriusque arbitremur. *Ibidem*: In rem hoc tuam est. *Ibidem*: Haec tu eadem si confiteri vis, in rem tuam feceris. *Idem* in *Amphitrione*: Quae maxime in rem vestram communem sient. Salustius in *Catilina*: In rem fore credens uniuersos appellare. Terentius in *Phormione*: Non hercle ex re istius, me instigasti. Cicero Attico: Summa erit haec, statures ut ex fide, fama, reque mea videbitur. *Idem* Bruto: Facis ex tua dignitate, & ex re publica. *Eidem*: Si minus incommodo Reipub. facere posses, siue non existimares ex repub. esse. *Eidem*: Et tu si arbitrare utile fore, & ex Reipub. esse, persequere bello Dolabellam. Salust. in *Catilina*. Certè scio qua studio dixerit, est Reipub. dixisse. Iulius de bello Punico: Vt si est Reipub. censeret esse, veniret. *Ibidem*: Vtrumque inquit, est Republica fuit, patres conscripti.

**B**ONAM partem in Latinitate obtinet hoc quoque  
 uerbum Informare. Est enim informare, rem ali-  
 quam inchoare, nec omnino perficere, sed principium  
 operi quodammodo informe & impoliturum dare: ut si aut  
 figulus vasculum fingere, aut faber statuam dolare cœ-  
 perit. Varro de lingua Latina: *Quae uideretur analogia  
 in oratione, & quas haberet species, & quae de iis sequen-  
 da uideretur, ut breuiter potuit, informari.* Cicero Atti-  
 co: *Quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non es-  
 set, quam tu quoque approbas, ne tu haud multum re-  
 quireres illum virum, qui in sexto libro informatus est.*  
*Eidem: Hac est informata adhuc cogitatio.* De Orat.  
*Vnius uerbi imagine totius sententiae informatio.* Idem  
 pro P. Quintio. *Neque tamen iam uerba multa faciam,  
 propterea quod & ab illo, qui ante dixit, iam informata  
 causa est.* Idem de Natura Deorum: *Magnam turbam  
 congreget ignotorum Deorum: Atque ita ignotorum, ut  
 eos ne coniectura quidem informare possimus, cum mens  
 nostra quiduis uideatur cogitatione posse depingere.*

## VIRGILIUS.

His informatum manibus iam parte polita  
 Flumen erat.

Cicero pro Aulo Licinio: *Nam ut primum ex pue-  
 ris excessit Archias, atque ab iis artibus, quibus aetas  
 puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi  
 studium contulit.*

IVBEO TE BENE VALERE,  
 saluere, habere bonum animum.

**M**ODI loquendi elegantissimi, & ferè iam ubiq, ac  
 passim neglecti. Plautus in Persa: *Iubeo habere a-  
 nimum bonum.* Idem in Asinaria: *Saluere iussi Libani li-  
 bertum.*



bertum. Cic. Att. Dionysium velim saluere iubeas. *Ibidem*: Quem saluere velim iubeas plurimum.

H O R A T I V S :

Rufum saluere iubemus.

I N T E G E R.

**E**ST Integer aliquando quod validum, firmum, vegetum, sobrium. Cuius contrarium est fessum, faucium, vitiatum, languidum, vitiosum: Cic. pro L. Murena: Integrorum & fortunatorum promissis, faucios & miseros credere non oportere. *Idem de Natura Deorum*: Multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino perturbata & confusa cernimus. *Cesar in Comment.* Cum crebro integri de fessis succederent. *Ibidem*: Non facile recentes atque integros sustinebant. *Ibidem*: Integros defatigatis submittebat. *Cornelius Celsus*. Neque enim hac solum considerata sunt, sed etiam morbi genus quod sit: utrum superans, an deficiens materia leserit: corruptum corpus sit, an integrum. *Titus Liuius* ab urbe cond. Romanus integer satiatusque somno productus in aciem, fessum stando, & vigiliis Volsun primo impetu perculit.

Inde per translationem dici coeptum est, Integer vita, integer animi, integer mentis. Sanguis etiam integer dictus est.

*Plautus in Truculento*: Adolescens cum sis, tum cum est sanguis integer.

V I R G I L I V S :

Vos o quibus integer æui

Sanguis, ait.

*Cornelius Celsus*: Si sanguis crassus, & niger est, vitiosus est: si rubet, & pellucet, integer est.

In loco,

In loco. *Modo hoc dicendi comprehendimus id esse, quod*

opportune, & captato ( ut aiunt ) tempore. Terentius in  
Heautont. Eho, laudas qui heros fallunt? Respondetur,  
in loco ego vero.

HORATIUS:

Dulce est insipere in loco.

IMPORTUNVS.

IMPORTVNVS, præter manifestum sensum significat,  
quod detestandum, aut execrandum. Terentius in An-  
dria: Importunitatem spectate anicula obsecro, quia com-  
potrix eius est.

HORATIUS:

Importuna tamen pauperies abest.

Cicero pro Cluentio: Repente est exorta mulieris im-  
portuna nefaria libido. Ibidem: Furere crudelis, atque im-  
portuna mulier, sibi nequaquam ut sperasset ea, qua co-  
gitasset. Ibidem: Quem propter animi importunitatem  
nemo recipere recto, nemo audire, nemo alloqui, nemo  
respicere vellet. Idem de prouinciis consul. Propter illud  
insigne scelus eorum, & importunam in me crudelita-  
tem. Idem pro P. Sextio: Duo importuna prodigia, quos  
aris alieni magnitudo, quos leuitas, quos improbitas  
Tribuni plebis constructos addixerat. Idem in Catili-  
nam: Egredere cum importuna sceleratorum manu.  
Ibidem: Quis denique ita aspexit, ut perditum ciuem, ac  
non potius importunissimum hostem? Idem in Ver. Istius  
immanis, atque importuna natura. Ibidem: Furor enim  
quidam sceleris, & audacia comes, istius effrenatum  
animum importunamq, naturam tanta oppressit amen-  
tia. Ibidem: Nunc autem ne post obitum quidam huius  
importunissima pestis quisquam reperiretur, qui sua  
voluntate araret, In Antonium: Tu illarum adiuu diis  
penatibus os importunissimum ostendere ausus es? Ibi-  
dem: Quin nulla societas cum illa importunissima bellua

esse

esse posset. Titus Livius ab urbe condita: *Quæ crudelissimi, & importunissimi tyranni scelera in oppressos ciues edunt.*

VIRGILIUS.

Bellum importunum ciues cum gente deorum,  
Inuictisque viris geritis.

OVIDIUS:

Scilicet omne sacrum mors importuna prophanat,  
IN HVNC DIEM, IN HVNC  
annum, in hanc horam.

**Q**UOD aliqui, pro hoc die, pro hoc anno, pro hac hora ineptè dicunt: Antiqui illi in hunc diem, in hunc annum, in hanc horam dicebant. Similiter, quod dicunt pro die crastino, pro perendino, pro vno anno, illi in crastinum, in perendinum, in annum dicebant. Modi dicendi sunt veterum illorum elegantissimi. Plautus in Stichò: *Altum conuiuiam quæritò in hunc diem tibi.* Ibidem: *Nunquam in Ædèpol viuum quisquam in crastinum profpiciet diem.* Idem in Trinummò: *Licet in in perendinum paratus sis.* Cato de re Rustica: *Si quid desit in annum ut comparetur.* Cicero in Verrem: *Et locus ille, atque in illum annum ita deberi putabatur.* Titus Livius ab urbe condita: *Designati consules in eum annum fuerant.* Ibidem: *Ut ludi in statutum diem nouarentur.*

In diem.

Quod autem ineptè dicunt, De die in diem, vel de hora in horam, de anno in annum, veteres in diem, in horam, in annum dicebant. Cicero in Oratore: *Si barbarorum est in diem viuere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent.* Idem in Philippicis: *Iam iam minime miror te ocium perturbare, non modò orbem odisse, sed etiam lucem, cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem viuere.*

## HORATIVS:

-Ille potens sui,

Lætusque deget: cui licet in diem  
Dixisse, vixi.

*Titus Livius de bello Punico: In diem rapto vivit. Ibidem: Qui senescit in dies. Hircius in Commentariis: Ut omnes in dies, horâsque parati essent. Cicero in Philippicis: Qui in horam viuerent.*

## HORATIVS

Si te grata quies, & primam sonus in horam  
Delectat.

Idem:

Et pronisæ frugis in annum  
Copiæ.

In singulos dies.

*Quod dicunt, singulis diebus, aut per singulos dies, singulis annis, aut per singulos annos, peruerso dicendi modo: illi veteres, in singulos dies, in singulos annos dicebant. Varro libr. 2. Rerum rusticarum: Decem sibi in dies singulos denarios dare audinisset, & subdit: Se capturum de prædio in dies singulos denarium mille. Cicero Torquato: Illa in dies singulos magis, magisque opinio hominum confirmatur. Idem in Attico: Sed cura, ut excuset morbi causa in dies singulos. Plpianus.*

*Quando dies. l. Quanquam: Si cui in menses, vel in dies, vel in annos singulos quid legetur. Titus Livius ab urbe cond. Ludi in singulos dies instaurati. Varro de Lingua*

*Latina: Ducere debet Dictator & consul in singulos annos. Titus Livius ab urbe condita:*

*Ut in singulas horas capite dimices tuo.*

*Plancus Ciceroni: Facere non possum, quin in singulas res, meritâque tua tibi gratias agam.*

IN PAUCOS DIES, IN DVOS  
menses, in quintum annum.

**Q**UOD dicunt, pro paucis diebus, pro duobus mensibus, pro quinto anno: illi in paucos dies, in duos menses, in quintum annum dicebant. Titus Livius ab urbe condita: Obsidio in loco nudo, atque inopi, vix in paucos dies tolerabilis erat. Ibidem: In duos menses inducia facta. Idem de bello Punico: Dictatorem in sex menses dixit. Idem de bello Macedonico: Naues in diem tertium expediri iubet. Idem. Conuentum in diem tertium edicit. Idem ab urbe cond. Ludos Torquatus Dictator in quintum annum vouisset.

In primam diem, in primam horam.

Quod vsque ad eam diem, vsque ad primam horam, ad unum annum, vel pro anno dicunt, veteres ad eam diem, in primam horam, in annum dicebant. Titus Livius ab urbe condita: Quorum legibus ad eam diem viverent. Ibidem: Victoriā quantam nemo ad eam diem pepererat. Idem de bello Punico: Ad eam diem, ut terra, marique rem gereret. Ibid. Quae bella gesta ad eam diem essent.

Ad diem, Ad annum.

Quod ad praefixam diem, praedinatam barbarè dicunt, veteres simpliciter, ad diem dicebant. Cicero Caninio: Quin ad diem decedam. Idem de finibus bonorum & malorum: An id exploratum cuiquam potest esse, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperam. Idem in Verrem: Quando ille frumentum quod deberet, non ad diem dedit? Titus Livius de bello Punico: Neque frumentum ad diem dari.

In militem, in capita, in nauem.

Quod dicunt pro quolibet milite, pro quolibet ingero, pro

singulis ciuitatibus, pro singulis capitibus, pro singulis nauibus, pro singulis peditibus, vel per singulos pedites: Illi veteres, in militem, in iugerum, in ciuitates, in capita, in naues, & huiusmodi dicebant. Cicero in Verr. Describat censors binos in singulas ciuitates. Varro de re Rust. In centum sues, decem verres satis esse putant. Ibidem: Villatico gregi in fundum satis esse duos canes. Ibidem: Illud ferè omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenarum oues singulos homines. In Verrem: Pro frumento in modios singulos duodenos sextertios exegisse. Ibidem: Si ostendam minus tribus medimnis in iugerum neminem dedisse decumam, concedes opinor, ut cum decumanus fructus arationis perceptus sit, neminem minus tribus decumis dedisse. Caesar in Commentariis: In capita singula seruatorum, ac liberorum tributum imponebatur. Titus Linius ab vrbe cond. Legatis in singulos dona, ne minus quinque millium aris redderentur. Ibidem: Congij olei in viros singulos dati. Ibidem: Singulis in militem tunicis imperatis. De bello Macedonico: Quod precium in capita statuisset. Idem ab vrbe condita: Pro rogatum in annum imperium est.

## OVIDIUS.

Sic mihi durat amor, longosque adolefcit in annos.

## VIRGILIUS.

Felix sorte sua, neque in hunc seruata dolorem.

Idem:

Bina bouum vobis Troia generatus Acestes  
Dat capita in naues.

Quotannis, & singulis annis.

Observanda quoque differètia est inter quotannis, & singulis annis, quotidie, & in dies singulos: Quotidie enim & quotannis tempus & spatium continuatum significat. In dies verò singulos, & in singulos annos, non continuatum spatium

spatium, aut perpetuum, sed per intervalla dierum & annorum secretum tempus. Cognoscetur ab iis, qui inscriptas auctoritates diligenter attenderint. Cicero Attico: Quotidiè, vel potius in dies singulos breviores litteras ad te mitto. Ulpianus de Tritico, vino & ole. lega. l. Ex eo: Heres meus amphoras decem quotannis in annos singulos dato. Labulenus de Fundo instructo, l. Legatum: Vini Faleri, quod dum nascetur quotannis, in annos singulos binos culleos heres meus Titio dato.

## IRE IN SENTENTIAM,

ire in alia omnia.

**I**R E in sententiam, ire in alia omnia, hoc significat, quod plerique dicunt consentire in sententiam, & in alia omnia. Qui dicendi modus translatus est à discessione, vel pedum itione. Cum enim suffragia rogabantur, & res erat, quæ omnibus placebat, pedibus ibant in sententiam, vel discessione, quod idem erat. Cicero Lentulo: Perspiciebant enim in Hortensij sententiam multis partibus plures ituros, quam aperit Volcatio assentirentur. Ibidem: Frequentes ierunt in alia omnia. Idem Plac. Frequens enim Senatus reliquit, & in alia omnia discessit. Titus Livius ab urbe cond. Omnes in eam sententiam ierunt.

## I N S O L E N S.

**I** N S O L E N S, non solum id est, quod claro significato temerarium demonstrat, & audacem, sed insuetum, qui id de quo dicitur, facere non soleat. Cicero ad Atticum: Quid tu Athenas insolens? Idem de arte Rhetorica: Deinde natura eius evenire vulgò soleat, an insolenter, & raro. Idem pro rege Deiotaro: Moeor etiam loci ipsius insolentia.

\* \* \*

## LAPIDE QUADRATO

ÆDIFICARE.

**L**APIDE quadrato edificare sensum habet reconditum. Est enim edificare non verè quadratis lapidibus, sed scētis, & expolitīs, etiā si non sint verè quadrati: modus est loquendi illorum veterum.

Lapide structili, aut cæmentitio, vel structura,  
aut ruderatione ædificare.

Lapide autem structili, ante cæmentitio, vel structura aut ruderatione edificare, paulo etiam est remotius ab aperta intelligentia. Est enim lapidibus edificare non quadratis, vel scētis, aut ad lineam, vel perpendiculum collocatis, sed minutis, concisisque frustulis, que cæmenta dicuntur. Et edificia, vel pro vulgaribus tenuique populo fiebant, vel in magnis potentiorum edificiis lapides illi structiles siue cæmentitij in medijs parietibus veluti pro sarcimine, aut medulla ponebātur, superinducebatūque postmodum incrustatio, vel marmoris vel alterius lapidis speciosi. Quod autem cæmēta non sint (ut multi putant) omnia que ad murum cōficiendum faciunt, sed tantum sint lapidū, ut dixi, fragmēta, subiiciam de hoc autorum bonorum loca aliqua manifesta. Vitruuius: Incerta verò cæmenta alia super alia scēntia, inter seque imbricata, non speciosam, sed firmiorem quā reticulata præstant structuram. Idem: Quibus autem locis hæc copia non sunt, cæmenta marmorea, sine assule dicuntur, que marmorarij ex operibus deiciunt, & pilis ferreis contunduntur. Idem: Tunc structura ex cæmentis, calce, & arena compleatur, & subdit: Deinde tunc quadrato saxo murus ducitur iuncturis quā longissimis, uti maximi medijs lapides coagmentis contineantur, tunc qui locus erit inter murum, ruderatione siue structura compleatur.

Per trāslationem quadrare dicimus, hoc est bene conuenire.



uenire. Cicero Attico: *Visum est hoc mihi ad multa quadrare. Idem in Oratore: & tamen etiam coniunctionem sicuti versuum numerosè sedere & quadrare, & perficere volumus. Idem in Verrem: Quomodo de eodem modo quadrarint? Idem in Bruto: Quare quoniam ita tibi quadrat omnia fuisse in Themistocle paria, & Cariolano, pateram à me quoque sumas licet.*

VIRGILIUS in Georgicis;

Arboribus positis secto via limite quadret.

HORATIUS:

Et quæ pars quadret aceruum.

### L O N G E.

**L**ONGE aduerbium, quandoque cum superlatiua interdum cum positiua, utrobique elegantissimè positiua obseruari, interdum simpliciter positiua. Cicero in Tuscul. Cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longè antepono tuo. Idem Bruto: Lucius Castronius Petus longè princeps municipij Lucensis est honestus, plenus officio, bonus planè vir. Idem Quinto Fratri: Longè optimum Racilius habemus. Idem in Verrem: Longè primus ciuitatis est Epicrates. Idem Planco: Longè plurimum valuit Plancus. Plautus in Mostellaria: Longè omnium longissima. Idem Cicero de Oratore: Sed neque illis adfuit bar, neque harum disputationum inuentori, & principi longè omnium in dicendo grauissimo, & eloquentissimo Platoni. Ibid. Quantum iudicare possum, longè eruditissimus. Casar in Commentariis: Hic dies nostris longè gratissimus fuit. Ibidem: Apud Heluetios longè nobilissimus fuit Orgetorix. Idem: Eo tum statu res erat, ut longè principes haberentur Hedui. Idem: Cuius rei sunt longè peritissimi Aquitani. Salustius in Iugurtha. Iugurtha tuus in bello Numantino longè maxima virtus fuit.

H O R A

## HORATIUS.

Sed panis longè pulcherrimus.

Titus Livius ab urbe condita: Longè antiquissimum ratur. Ibidem: Longè is tum princeps Volsci nominis erat. Ibidem: Apud Fabium longè antiquissimum autorem. Ibidem: Longè primi civitatis erant.

## M V L T O.

SIGNIFICAT idem Multo, quod Longè, eodemque modo loquendi gaudet, sed superlativo coniunctum observavi in bonis illis, ac perfectis autoribus. Sed id quoque utile fuerit observasse, quod præcipua venustate præstat, cum hoc adverbium Multo superlativo, & cum nomine Pars iungitur: quæ res nulla ratione, sed solo dicendi modo introducta est. Terentius in Heaut. Multo omnium me nunc fortunatissimum factum puto. Idè in He-cyr. Atque ea res multo maximè disunxit illum ab illa. Cicero pro lege Manilia: Conspectus vester multo iucundissimus. Ibidem: Magna ac multo maxima parte non modo utilitatis, sed dignitatis, atque imperij caruit. Idem in Catilinam: Multo verò maxima pars eorum, qui in tabernis sunt. In Verrem. Qui Agri Acunensis multo maximam partem possident. Idè de Oratore: Quæ pars sine dubio multo maxima est. Idem de arte Rhetor. Quarum tamen rerum multo maxima pars ad commodum corporis reuertitur. Salust. in Catilinaria: Si ita res esset, Rempub. multo pulcherrimam haberemus.

Horatius in sermonibus.

Danda est Hellebori multo pars maxima auaris.

## L I C E T.

S I licet mihi per te, id est, si permiseris: vel si potero, à te non impeditus. Absolute: ut, si in hortum meum intraveris, holeræ licebit legas, hoc est, legere poteris, sed hæc ex iis locis quæ subieci melius multo cognoscuntur.

Plaut.

*Plaut. in Asinaria: Vult esse si per vos licet. Terentius in Hecyra: Per me exquirere licet. Idem in Adelphis: Sinitis hunc facere dum per etatem licet. Cic. Terentia: expectasset Brundusij si esset licitum per nautas. Idem de Oratore: Per me appellet Oratorem licet. Ibidem: Sed hoc genere, si modo per Rempublicam licebit, non accusabimur.*

## Licet absolutè.

*Cato in re Rust. Et si voles in super vinum. Coum mixtum bibere, licebit bibas. Cic. Attico: Clodium fregi in Senatu tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca degustes, nam cetera nõ possunt habere eandem neque vim, neque venustatem. Eidem: Quid queris? vel ipsi hoc dicas licet, humanitatem ei meo iudicio illo die defuisse. Idem pro domo sua: Quare disrumpatur licet ista furia. Idem de Oratore. Fremant omnes licet, dicam quod sentio.*

## OVIDIVS de Ponto.

Tota licet quæras, hoc me non fingere dicet  
Officij testis Pontica terra mei.

## HORATIVS:

Si pecore, & multa diues tellure licebit,  
Per.

*Per etatem non potui, idem est ac, per etatem non licuit. Cicero Cornificio: Nullam partem per etatem sane, & salua Reipublica gustare potuisti. Idem Planco. Ve primum per etatem iudicium facere potueritis. Titus Livius ab urbe condita: Omnes, qui per etatem arma ferre possent.*

## L A B E S.

**L** A B E S, penè omnium ore id est, quod immundities  
aut macula: sed occultiore ac Latiniore significa-  
tione

zione id certè esse videtur, quod violenta quadam, vel aqua illuvies, vel tempestatis grandinis veruina, aut cum terra in altissimum hiatus, vel baratrum aperitur. Plautus in Captiuis: Quanta pestis Pernis venires, quanta labes Larido? Cicero de Divinatione: Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra descidisset. Ibidem: Ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terraeque desciderint. Ulpianus Locati & conducti, l. Ex conducto: Sed & si labes facta sit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non esse. Labeo eodem titulo: Si riuum quem faciendum conduxeras, & feceras, antequam eum probares, labes corruptit, tuum periculum esse Paulus respondit. Cicero pro Lucio Flacco: An innocentie labem aliquam aut ruinam fore putatis? Idem ad Pontifices pro domo sua. Nam si illa labes ac flamma Reipub. suum illum pestiferum, & funestum tribunatum humana equitate ueri non potest, diuina religione defenderit.

### LINGVA NUNCUPARE.

**L**INGVA nuncupare, modo dicendi apud veteres. Idem significatur, quod lingua exprimere & declarare. Cum enim quid vendebatur, vitia rei venalis lingua nuncupari oportebat, & ultra nuncupata vitia venditor non tenebatur. Leges postea addidit, ut etiam ea, quae non essent nuncupata, venditor prestaret. Cicero de Oratore: Tum illum uti lingua nuncupasset, non in XII. tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis. Idem de Officiis: Nam cum ex XII. tabulis satis esset ea prestare quae essent lingua nuncupata: quae qui inficiatus esset, dupli poenam subiret: à iurisconsultis etiam reticentiae poena est constituta. Quidquid enim est in pradio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, prestari oportere.

## LÆVA ET SINISTRA.

**L**ÆVA vel sinistra, certo modo loquendi, qui solus Lorationem priscorum continet, furem aliquem esse notat. *Plautus in Persa: Vbi illa altera fultifica læva? Catullus Marucina Asini manu sinistra. Non bellè uteris in ioco atque vino. Idem: Porci & Socraton dua sinistra Pisonis scabies.*

## LIMEN SUPERVUM,

Inferum.

**L**IMEN superum, pro quo nonnulli superliminare ineptissime dicunt. *Plautus: Limen superum, inferumque saluo. Varro de re Rustica: In hatis hostium esse oportet, limen inferum altum.*

## LATINE LOQVI.

**Q**VI Latine scit, nouit eo aduerbio Latine, id quod ostendi, quod aperire, clare, plane: qua res notanda, & memoria mandanda est. *Cicero in Verr. Latine me scire non accusatorie loqui. Idem in Philippicis: Antonium quem gladiatorem non ita appellauit: ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ij, qui plane, & Latine loquuntur.*

## M

## IN MANIBVS, INTER

MANVS, &amp;c.



**V**ERSARI inter manus, conferre manus, asferre manus, inferre manus, in manu, in manum, in manus, in manibus, de manibus, ad manum, ad manus, sub manus, per manus, praemanibus, praemanu, dare manus, tendere manus, tollere manus,

*manus, inter manus, iniicere manus, admonere manus, abstinere manus, continere manus, quo modo loquendi prastantissimi illi auctores vsi sunt, frequentissime positum reperi.*

In manibus est, hoc est, paratum, & in promptu est.

CICERO *Attico: Non quo aliquid me iurare posses quippe res est in manibus; tu autem abes longè gentium* Ibidem: *Ex iis libris quos in manibus habeo.* Ibidem: *Sic enim commutatus est totus scriptis meis, qua in manibus habemus.* Idem *Lentulo: Clodium sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic me presente osculabantur, non illi quidem, ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidit, sed certe ut facere se arbitrarentur.* Idem *de Amicitia: Sed ô Scauola & Fanni affuistis, & in manibus est oratio.* Idem *in Bruto: Sed ecce in manibus vir, & prastantissimo ingenio, & flagrante studio, & doctus a puero C. Gracchus.* Titus *Linus ab urbe condita: Dum tantum belli in manibus esset.*

#### HORATIUS:

*Nauis in manibus non est, & mentibus hæret.*

*In manu est, hoc est, in potestate est.*

*Plautus in Amphurione: In illis fides est, quibus est ea res in manu.* *In Mercatore: Quia tibi in manus est quod credas: at ego quod dicam, id mihi mea in manu est.* Teren. *in Hecyr. Tibi in manu est ne fiat.* Salustius *in Ingurithino: Sed quoniam puram tuta per se probitas est, neque in manu mihi fuit Inguritha qualis nunc foret.* Titus *Linus ab urbe cond. Ut sua cuique Respublica in manu esset.* Idem *ab urbe cond. Sit an non sit in vestra manu posuerunt.*

*In manus dare, incidere, venire, nota significationis sunt, sed ij modi loquendi obseruandi sunt.* Plautus in

*Trinum*

*Trinummo*: Quid interest dare te in manus argentum amanti huiusmodi adolescenti animi impoti? Cicero in *Bruto*: Nunquam enim libri illi in manus inciderunt. *Salustius* in *Iugurthino*: Existimans *Iugurtham* ob suos tutandos in manu venire. *Plautus* in *Trinummo*: Dedi mihi quadraginta adolescenti ipsi in manum.

Inter manus, est collatis simul manibus aliquem sublimen ferre. Aliquando per translationem inter manus significat id, quod esse in potestate. Versari vero inter manus, est in usu esse. Modi sunt dicendi elegantissimi. *Plautus* in *Mostellaria*: Arripite hunc intro actutum inter manus. Cicero in *Verrem*. Itaque erant exitus eiusmodi, ut alius inter manus è conuiuio tanquam è praelio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. *Titus Livius* ab urbe condita: Inter manus domum allatus.

## VIRGILIUS:

Ante oculos, intèrque manus sunt omnia vestras.

Idem:

Miraturque intèrque manus & brachia versat.

*Pomponius de Origine iuris*, l. *Necessarium*: Denique nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum, & subdit: Reliquit XL. volumina, ex quibus plurima inter manus versantur.

Ad manum esse, est aliquid in promptu esse, ut quasi manu teneatur. Venire vero ad manus, est ad dimicandum, vel ad arma venire. Cicero de *Oratore*: Quem feruum sibi ille habuit ad manum. *Vstrunius*: Alia enim ad manum species esse videtur, alia in excelsò. *Titus Livius* ab urbe condita: Adde quòd Romanis ad manum domi supplementum esset. *Ibidem*: Quod cocti ad manum fuit cibi, ferre militi licuit. *Idem* de bello *Macedonico*: Quod cuique trepidanti ad manum venisset. *Cic. de Orat.* Nonnunquam etiã ea res ad manus,

aque ad pugnam veniebat. *Vlpianus de Pignoratitia actione, l. Potenti mutuum*: Pecuniam creditori cum ad manum debitor non haberet, species auri dedit.

Sub manu, id est, quod ferè esset ad latus, expeditum promptum in usum. Succedere autem sub manus, est aliquid bene, & ad optatum contingere. *Plancius Cicero: Adiunxi hoc, in loco eligendo flumen oppositum, ut haberè in quo mora transitus esset. Voconij sub manus ut essent, per quorum loca mihi fideliter pateret iter. Plaut. in Milite: Lepidè hoc succedit sub manus negotium.*

Per manus est, quod ineptè dicitur: De manu in manum, vel de manu unius in manum alterius. *Cesar in Commentariis, Per manus tractus servatur. Ibid. Nonnulla de muris per manus demissa, sese militibus tradebant. Titus Livius ab vrbe condita: Si nobis cum vrbe simul posita, traditaq; per manus religiones nulla essent. Ibid. Disciplina militaris tradita per manus iam inde ab initiis verbis.*

Præ manibus hoc est, quod insulsè dicunt, quod habebam in manibus. *Plautus in Bacchidibus: Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus.*

Præ manu dare, est quod vulgò dicunt, Ante omnia, vel ante manum dare. *Terentius in Adelphis: Atque huic paululum aliquid præ manus dederis unde utatur.*

Adferre manus verò est iniicere manus, pulsare, vulnerare, interficere, in quo notandum est dammum post se requirere. *Cicero Attico: Sed non faciam, ut aut tuum animum angã querealis, aut meis vulneribus sæpius manus adferam. Idem Octavio: Ego ipse senatum sibi adferre manus coëgi. Idem in Vatinius testem: Teneasne memorie, tibi in conuentu Puteolis manus esse allatas? Idem de Officiis: Cum enim dando egere coeperunt, alienis bonis manus adferre coguntur. Varro de re Rustica eodem sensu affer*



*su afferre dentes dixit de Canibus.*

*Conferre manus, est concredi, & manum conferere. Inferre verò manus, est iniicere manus, & quandoque idem significat, quod afferre manus. Cicero pro Fonteio: Partim qui cum ipso M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. Idem in Cati. Senatus vim ac manus intulisset. Cicero pro P. Quintio: Domino à familia sua manus illatas esse ante suos lares.*

Dare manus autem est, dedere se, & victum fateri.

*Plantus in Persa: Do manus. Cicero ad Atticum: Aiebat illum primum scire diu multa contra, ad extremum autem manus dedisse, & adfirmasse nihil se contra eius voluntatem esse facturum. Eidem: Sapienter igitur quod manus dedisti, quodque etiam ultrò gratias egisti.*

## H O R A T I V S:

*Iamiam efficaci do manus scientiæ supplex.*

*Casari in Commentariis: Tandem dat Cotta manus, permotus superiore sententia.*

Tollere manus, & oculos, modi loquendi signum lætitiæ significantes.

*Cicero Casari: Sustulimus manus, & ego, & Balbus, tanta fuit opportunitas. Idem Tironi: Literule meæ, sine nostra, tui desiderio oblanguerunt, hac tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt. Tuus Livius ab urbe condita: Dicitur manus ad Cælum tollens precatus.*

Plena manu, hoc est, abundè, & affluenter.

*Cicero Attico: At hercle alter tuus familiaris, quàm plena manu, quàm ingenue, quàm ornate nostras laudes in astra sustulit?*

Iniicere manus.

*PLAVTVS in Truculento: Post id, ego in te manum*

*iniciam. Cicero pro Roscio Comædo: Ipsa mihi veritas manum iniecit, & paulisper consistere, & commorari coëgit.*

## HORATIUS:

*Incontinentes inieciat manus.*

*Titus Livius ab urbe condita: Accurrit, & manus iniecit.*

*Abstinere & continere manus.*

*Idem propè significant, quod continere impetum animi. Plautus in Trinummio: Quod manu non queunt tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant. In Amphitryone: Qui possim videri huic fortis, ut à me abstineat manum. Cicero in Vatinius testimonium: Ut manus à te homines vix abstinere possent. Cato de re rustic. Alieno manum abstinere. Terentius in Adelphis: Non manus abstinere Mastigia? Cicero in Tusculanis: Ut Alexandrum regem videmus, qui cum interemisset Clytium familiarem suum, vix à se manus abstinuit. Idem in Verrem: Manus à sodalis filio abstinere non potuisti: Ibidem: Abstineam in hoc iudicio manus, animosque ab hoc scelere nefario.*

## TIBULLVS:

*Abstineas avidas mors violenta manus.*

*Cicero in Catilinam: Quorum ego vix abs te iamdiu manus, ac tela contineo. Idem in Anton. Nunquam profecto à me sacrilegas, atque impias manus abstinebit. Titus Livius ab urbe condita: Nocte audita ex delubro vox est, abstinerent manus.*

*Tendere manus.*

*Cæsar in Commentariis: Omnes maiores natu ex oppido egressi manus ad Cæsarem tendere, & voce significare coeperunt, sese in eius fœdera, ac potestatem venire.*

nire. *Idem Ibidem: Hædum manus tendere, de ditionem significare.*

## VIRGILIUS:

Tendebantque manus ripæ ulterioris amore.

OVIDIUS, *de Fastis.*

Ille manus tendens astanti milite iusto,  
In coniuratos talia verba dedit,

*Titus Livius ab urbe condita: Alij manus ad cælum tendere, deos incusantes. Ibidem: Omnes manus ad Consulem tendentes pleni lachrymarum. Ciceron Catilinam: Supplex manus tendit patria communis.*

Admouere manus.

*Titus Livius ab urbe condita: Primo religiose admouentes manus.*

## MEO, REIPVB. NOMINE.

**M**E O, tuo, suo, Reipub. nomine, & eiusmodi, elegantissime à veteribus posita animaduerti, quæ quandoque id significant, quod mea, tua, sua, Reipub. causa, quandoque longè alia, & ab hac diuersa significatione antiqui illis usi videntur: quod discrimen facile est ex subiectis autoritatibus cognoscere. Cicero Terentia: Nam ego eo nomine sum Dirrachij hoc tempore, ut quam celerrimè quid agas audiam. *Idem in Verrem: Id mihi C. Verres eripuisti, atque abstulisti, quo nomine abs te sestertium millies ex lege repero. Ibidem: Decem fiscos ad senatorem illum relictos esse comitorum nomine. Ibidem: Hoc palàm iam dicunt, se istum quem sciunt esse hominem improbissimum, hoc vno nomine absolui velle, ut ab Senatu iudicia per ignominiam, turpi, dinemque auferatur. Cesar in Commentariis: Odisse etiam suo nomine Casarem, & Romanos. Ciceron ad Atticum: Cum enim ille ad Conciones con-*

fugisset, in iisque meo nomine ad inuidiam uteretur, Dij  
immortales quas ego pugnas, & quantas strages edidi?

## CATVLLVS:

Eône nomine imperator vnice  
Fuisti, in vltima occidentis insula?

*Brutus Ciceroni: Qua in re Cicero vir optime ac fortissime, mihi que & meo nomine, & Reipub. charissime, nimis credere videre spei tue. Cicero in oratione pro domo sua: Dico esse odio ciuitati, non tam tuo, quam Reipub. nomine. Idem de Finibus bonorum & malorum. Quibus rebus intelligitur, nec timiditatem, ignauiamque vituperari, nec fortitudinem, patientiamque laudari suo nomine. Idem pro Cluentio: Res suo nomine in iudicium nunquam est vocata. Idem P. Septimio: Scauola litem eo nomine esse aestimatam.*

DE DIE, DE NOCTE,  
& multa nocte.

**M**VLTA nocte, ad multam noctem, de nocte, noctu, de die, frequenti est in usu hic dicendi modus apud bonos autores. Terentius in *Adelphis*: Apparare de die conuiuium.

## CATVLLVS:

Vos conuiuia lauta, sumptuosa de die facitis.

## HORATIVS:

De medio potare die.

*Terentius in Adelphis: Imò de nocte cœso. Cicero. Quinto Fratri: Celerius, quam si de nocte vigilassent, perueniunt. Idem Attico: In Comitium Milo nocte venit. Eisdem: Cum cœnanti mihi nunciasset Sextius se de nocte proficisci. Caesar in Commentariis: De media nocte missus*

*frus equitatus. Ibidem: Reliquas de media nocte proficisci iubet.*

## H O R A T I V S :

Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones.

*Idem:*

Vnde vxor media currit de nocte vocata.

*Cicero Quinto fratri: Multa de nocte cum Vibulio veni ad Pompeium. Idem in Att. Multa de nocte profectum esse ad Cesarem.*

Mihi aqua hæret.

*Mihi aqua hæret, modus loquendi, vel prouerbiu potius, difficultatem significat contra morem in re facili. Cum enim aqua fluere, & labi soleat, hære contra dicitur, id est, rem difficilem fieri, qua facili potius esset. Cicero ad Atticum: Mihi aqua hæret. Idem Quinto fratri: In hac caussa mihi aqua hæret. Idem in Offic. Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret (vt aiunt.)*

Execrandi modus.

*Modus execrandi aut imprecandi antiquus, non est pretermittendus. Cicero in Antonium: Igitur est patronus L. Antonius, malam quidem illi pestem: clamori enim vestro assentior.*

MERITO TE AMO, MERITO TVO.

**M**ERITO te amo, immerito me odisti, merito tuo hoc tibi dono, immerito tuo tibi irascor, & quandoque etiam merito tuo te odi, & nullo merito, modus est frequentissime à bonis illis usurpatus. Plautus in *Asinar.* Nemo me accusauit merito meo. Idem in *Aulularia:* Quem senecta etate ludos facias haud merito meo. Cicero pro *Publio Sextio.* C. Caesar qui à me nullo merito alienus esse debebat inimicissimus meo saluti ab eodem quotidianis concionibus dice-

batur. Titus Liv. de bello Macedonico: Frater me accusat, nullo meo in se merito. Plautus in *Asin.* Edopol patet merito tuo facere possum. *Ibidem:* Cur tu (obsecro) immerito meo me morti dedere optas? Plaut. in *Cistellaria:* Merito vestro amo vos. *Idem in Asinar.* Tibe aduenire quæso, meritissimo eius, qua volet faciemus.

Mittere sanguinem.

Mittere sanguinem, id est, quod iam passim vulgò omnes ferè extrahere sanguinem dicunt, vel Græcæ Phlebotomare. Cicero Attico: Missus est sanguis invidia sine dolore. *Eidem:* Sic Appius provinciam curauerit, sanguinem miserit, quidquid potuit, detraxerit.

POST HOMINVM MEMO-

RIAM, POST HOMINES

natos, nostra memoria, patrum memoria.

**Q**UOD plerique omissis antiquo loquendi modo, ab hominum recordatione, nostro tempore, patrum tempore dicunt, veteres illi, post hominum memoriam, post homines natos, nostra memoria, patrum memoria, dicebant. Cicero in *Pisonem:* Instant post hominum memoriam paratissimi magnificentissimique ludi. *Idem ad Pontifices pro domo sua:* Quid homini post homines natos turpissimo? *Ibidem:* Sed erat res post homines natos pulcherrima. *Idem in Bruto:* Longè autem post natos homines improbissimus C. Seruilius Glaucia. *Idem pro Publio Sextio:* Na huic tantæ multitudini, quanta mea memoria unquam vllò in iudicio fuerit, deero. *Varro de re Rustica:* Sed ipse nostra memoria. *Salustius in Catilinam:* Sed mea memoria, ingenti virtute, diuersis moribus fuisse duo, M. Cato, & C. Casar. *Cicero pro Cornilio Balbo:* Multi etiam superiori memoria ciues Romani sua voluntate indemnati & incolumes, in rebus relictis alias se in

*se in ciuitates contulerunt.*

### MEIS VERBIS.

**D**ICITO illi salutem meis verbis, modus est dicendi quo etiam nunc dicitur, Ex parte mea salutabis. *Isidem, voca illum meis verbis, & similia. Plautus in Amphitrione: Voca meis verbis. In mercatore: Rogato meum patrem meis verbis. Terentius in Hecyra: Hunc euoca meis verbis. Cicero M. Marcello: Gratium mihi feceris, si uxori tuæ Iunia, grauiſſima atque optima foemina, meis verbis eris gratulatus. Idem Vatinius: Locutus sum, ut ei meis verbis diceret. Plautus in Amphitrione: Hunc tuis verbis voco. In Bacchidibus: Scribe salutem tuo patri verbis meis. Cicero Trebatio: Salutem mihi tuis verbis nunciauerat. Plautus in Milite: Matris verbis Philocomasium accersito. Curius Ciceroni: Tironem meum saluta nostris verbis.*

### Modus agri.

**M**ODVS agri, ut in optimis libris reperi, est certa definitio, seu mensura agri, qua quot iugerum esset, intelligi posset. *Plautus in Aulular. Agri reliquit illi non magnum modum. Cicero Attico: Et si nihil scripsit, de modo agri.*

### HORATIVVS in Sermonibus:

Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus.

*Titus Lilius ab urbe conata: Ne cui maior quam quinquaginta iugerum agri modus esset.*

### MAGNVS NVMERVS.

**M**AGNUM numerum frumenti, vini, olei, veteres illi dicebant: quem modum loquendi multi inuertentes, magnam quantitatem vel copiam passim dicunt. *Cicero pro Planco: Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram. Idem in Verrem. Dico magnum numerum frumenti. Idem: Cuius iudicij magnus à multis*

frumenti numerus ablatus. Idem de Officiis: Si exempli gratia, vir bonus ab Alexandria profectus, Rhodum magnum frumenti numerum adduxerit. Idem pro Fonteio: Maximum frumenti numerum ad Hispaniense bellum tolerandum imperavit. Caesar in Comment. Frumenti magnum numerum coegit. Hircius. Magno inuento numero hordei, olei, vini, fici, pauco tritici. Cicero in Antonium: Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti.

## MISSVM FACERE.

**M**ISSVM facere, est deponere, ac etiam à nostro consorcio, familiaritate, potestate, arbitrio dimittere. Multi barbarè dicunt, dare licentiam, vel licentiarè. Caesar Appio. Gn. Magium Pompeij presectum deprehendi, sed & meo instituto vsus sum, & eum statim missum feci. Cicero in Verrem. Ut illud missum faciam. Terentius in Hecyra: Missam iram faciet.

## Modicè.

Modicè aduerbium, non semper à pauco (vi vulgò credunt) sed à modo quandoque deducitur, vi modestiam designet, que inter parum & nimium versatur, non paucitatem. Plautus in Persa: Modicè & modeste est melius vitam viuere. Cicero pro P. Sylla: Quanquam à me timidè modicèque dicetur. Idem contra

Rullum: Quare dignus vestro summo honore, singularique iudicio sim, ipse modicè dicam. Idem ad Atticum: Modicè aut etiam infra modum.

\* \* \*



## MOVET ME, NON ME

impedit.

**M**OVET me, non me mouet, non me impedit, eleganti modo loquendi ponitur ab antiquis. Cicero pro lege Manilia: Neque me impediēt eius Quirites inimicum edictum.

## MORE MAIORVM, IN MOREM.

**M**ORE bellua, more maiorum, & in morem, dicebant: addito genitiuo: aliqui ineptè, modo & in modum dicunt.

VIRGILIUS:

Pérque duas in morem fulminis arctos.

OVIDIUS:

Eunt anni more fluentis aquæ.

N

## N E M O.



**N**EMO quisquam, nemo homo, non nemo, nemo unus, nemo unus vir, quisquam unus, quis unus, quisquam omnium, alter quisquam, unus aliquis dicebant.

Nemo quisquam, nemo homo, homo quisquam.

Terentius in Eunucho: O populares, ecquis viuis me hodie fortunatior? nemo hercle quisquam. Idem in Hecyra: Nemo quisquam illorum ad te venit, quin ita præparet sese. Idem in Eunucho: Nemo homo est iam.

Non nemo.

Cicero pro L. Murena: Non nemo etiam in illo sacro Reip. in ipsa inquam curia non nemo hostis est.

Nemo

Nemo vnus, & nemo vnus vir.

*Casar in Commentar. Ad neminem vnum summa imperij. Titus Lilius ab vrbe cond. Quia nemo vnus satis dignus regno visus est.*

Quiuis vnus, quisquam vnus, & quisquam omnium.

*Cicero in Bruto: Quantum non quiuis vnus e populo, sed estimator doctus & intelligens posset. Titus Lilius ab vrbe condita: Ne quisquam vnus malis artibus postea tam popularis esset. Ibid. Quia nondum in quemquam vnum sciebat. Ibid. Cum multi magis fremerent, quam quisquam vnus recnsare auderet. Ibid. Solertiùs quàm quiuis vnus ex iis, quos nominari, castris locum caperet. Cic. in Verr. An hoc dubitauit quisquam omnium, quin is venalem in Sicilia Iurisdictionem habuerit?*

Alter quisquam.

*Plautus in Aſinaria: Neque me Athenis est alter hodie quisquam, cui credi rectè aequè que putent.*

Vnus aliquis.

*Cicero in Antonium: Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, vt vnus aliquis tum sententiam secutus sit? Idem de finibus honorum & malorum: Vtilitati hominum plus quàm vnus alicuius aut sua consulit. Idem pro Cluentio: Vnum aliquem nominate.*

NEGATIO, METVO NE NON.

**F**REQVENTER etiam veteres illi autores duas negationes clausulas simul ponunt, & plerumque cum verbis Vereor, aut Timeo, aut Metuo coniungunt. *Plautus in Persa: Ne non sat esses leno, id metuebas miser. Idem in Casina: Metuo ne non sit surda, Terentius in Adel*

*Adelphis* : Metuisti hominum homo studiosissime, ne non tibi istud fœnerares. Idem in *Phormione*. An verebaminis, ne non id facerem, quod recepissem semel? Cicero in *Offic.* Timeo ne non ille solus (quod ad me nihil attinet) sed alij quoque plures lasos putent. Idem pro lege *Agraria* : Pertimescam credo, ne mihi non liceat contra vos in concione consistere : *Eid.* Non quo vereat ne virtus tua opinioni hominum non respondeat. Idem pro *T. Annio Milone* : Quamquam praesidiis salutaribus & necessariis sepi sumus, tamen ne non timere sine aliquo timore possimus.

## H O R A T I V S :

Sedit qui timuit ne non succederet.

O V I D I V S *de Ponto* :

An vereor ne non approbet illa Getes?

## N V L L O N E G O C I O .

**H**O C modo dicendi id significatur, ac si diceremus, sine difficultate. Cicero *Attico* : Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit. *Eidem* : Cum id nullo negotio facere possis. Idem pro *Roscio* : Quare hoc tu propter multitudinem sicariorum nullo negotio facere potuisti?

Non ires, pro ire non deberes.

Notandus est hic dicendi modus, Non ires, non redderes, pro quo ineptè dicitur, ire non deberes, reddere non deberes : *Plautus in Trinummo* : Non ego illi argentum redderem? Respondetur, Non redderes, neque de illo quidquam neque emeris, neque venderes.

Ne plura, ne multis, ne longum faciam.

Ne plura, ne multis, ne longum faciam, quid multis? modus loquendi, ac si dicas : ne dicam plura, ne multis teneam,

teneam, quid multis opus est? sed elegantius illa & brevius Cicero pro Cluentio: Ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ferrula ad statorē peruenisse. Idem Caio Memmio: Si peccat, magis ineptius quam improbitate peccat: sed ne plura. Idem pro Cluentio: Ne multis, Diogenes emitur. Idem Attico: No multa, nihil me in illo itinere prater consciētiam meam delectauit. Idem pro Cluentio: Et ne longum sit, omnium vicinorum summam esse in hunc beneuolentiam confirmamus.

HORATIUS:

Ne longum faciam.

NIHIL AD PERSIUM.

**N**IHIL ad Persium, ac si dicamus: Nihil ad comparationem Persij, aut, non est id cum Persio comparandum. Terentius in Eunucho: At nihil ad nostram. Cicero de Oratore: Quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum: sed nihil ad Persium.

NVNQVID VIS:

**N**VNQVID Romam vis? modus est loquendi apud veteres digredientium, quem modum sequentia secula omnino pratermiserunt. Plautus in Aulularia: Ibo igitur, parabo nunquid vis? Idem in Trinummo: Nunquid vis? Respondetur: Curas tuam fidem. Terentius in Eunucho: Rogo nunquid velit: Recte, inquit. Idem in Adelphis: Nunquid vis, quin abeam? Cicero Q. Ciceroni fratri: Me adhuc nemo rogauit, nunquid in Sardiniam vellem: te puto sepe habere, qui nunquid Romam velis, querant. Idem Attico: Me expense sua villa nunquid vellem rogauit. Eidem: Is me proficiscentem Apameam profecutus est, nec cum postea in castra venisset, atque inde discederet, nunquid vellem rogauit.

NEC

NEC CAPVT, NEC  
pedes habet.

**C**VM res intricata & impedita est, ut quò te vertas, nescias. Cicero Curioni: Propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum scribis, nec capui, nec pedes, equidem vellem uti pedes haberent, ut aliquando redires.

NIHIL MIHI LONGIVS,  
nihil propius, nihil potius.

**M**ODI sunt loquendi maxime ediscendi. Plautus in *Mibi*. Nihil sui propius quam ut perirem. Cicero Rabirio Posthumo: Nec mihi longius quidquam est iudices, quam videre hominum vultus. Idem in *Somnio Scipio*. Nihil mihi fuit potius, quam ut Masinissam conuenirem.

Non idem tibi & mihi.

Notandum est & hoc non vulgare dicendi genus: Non idem tibi & mihi, quod multi multo aliter proferrunt. Nemo enim non dicit: Non idem tibi sicut mihi, vel non idem tibi, quod mihi. Cicero de *Fato*: Vide ne non eadem si illorum causa & Stoicorum. Salustius in *Catil*. Non eadem vobis & illis necessitudo impendet.

Non habeo quod te accusem.

Non habeo quod accusem senectutem: Nō habeo quod te accusem, nihil habeo quod defendam, certo modo loquendi illius temporis elegantissime dicebatur: Minores hac ut alia corruerunt. Cicero de *Senect*. Non habeo quod accusem senectutem. Idem in *epistola ad Celiū*: Neque tamen adhuc habeo quod te accusem. Idem pro *Tito Annio Milo*. Nihil sane id prosit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne si quidem seruare potuerit, quin una *Rempub.* vosque seruaret: si id iure non posset, nihil habeo quod defendam.

Néve

Néve hoc, néve illud.

*Néve hoc, néve illud, genus est dicendi perelegans: & ut est longo intervallo ommissum, ita est veluti postliminio repetendum. Cicero Lextul. Pero à te, ne id à me, néve in hoc reo, néve in aliis queras. Idem de Orator. Vt néve asper eorum concursus, néve huic sit.*

Ne viam, &c.

*Ne viam, ne valeam, ne sim saluus, peream, dispaream, masor, male mihi sit: modi sunt dicendi, cum quid assenerare, & veluti quibusdam precibus deuouere, aut sacramento aliquo obtestari contendimus. Cicero Att. Ne sim saluus, si aliter scribo, ac sentio. Eiaem: Quid poteris, inquis, pro vis dicere, ne viam si scio. Idem Casio Fabio Gallo: Sed ne viam si tibi concedo, ut eius rei tu cupidior sis quam ego sim. Eidem: Moriar si quisquam me tenet præter te. Eidem: Male mihi sit, si unquam quidquam tam enitar. Idem Tironi: Sollicitat, ita viam, me qua mi Tiro valetudo.*

PROPERTIUS:

Dispaream si quidquam aliud, quam gloria de te  
Quæritur.

Nunc erat.

*Nunc erat, antiqui illi simul ponebant præsens cum præterito.*

OVIDIUS in epistola ad Vlysses:

Nunc erat auxiliis illa tuenda patris.

HORATIUS.

Nunc saliaribus ornare puluinat duorum,  
Tempus erat dapibus sodales.

*Cicero Attico: Nunc reus erat apud Crassum diuitem Fecilius de vi. Eidem: Brutus erat in Veside etiam nunc.*

Nomen

## Nomen facere.

Observaui item quid sit exigere, & facere nomen, & nomina defecta, non idonea. Visumque est mihi nomen & nomina quandoque pro debitoribus, quandoque pro ipso debito accipi: Facere autem nomina, id esse quod debitores comparare, quod diuersis modis fiebat, pactis usuris, vel promissis menstruis, aut annuis fructibus. Pecunia enim, aut numerata seruabatur in arca, aut emptis agris vel mercibus in nominibus collocabatur. Cicero de Natura Deorum. Aut tu illum fructu fallas, aut per literas auertas aliquod nomen, aut per seruum percutias pauidum. Idem Attico: Salamino autem, hos enim poteram coercere, adduxi, ut totum nome vellent Scapitio soluere. Idem pro L. Flacco: Hermippoque per contanti de nomine Fasiano.

## Facere nomina.

Cic. de Offic. Hortos emi instructos, nomina facit, negotium conficit. Idem Fabio Gallo: Tantum ex Arpinati veneram, cum mihi à te litera reddita sunt, ab eodemq; accepi Aniani literas, in quibus hoc inerat, liberalissimum nomina se facturum, cum venisset qua ego vellem die.

## Exigere nomina.

Cicero in Verrem: Ut repereres ut pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse.

## Nomina simpliciter.

Cicero in Verrem: Ille clamare cum raperetur, nihil se miserum fecisse, pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in presentia non habere. Idem in Topicis: Non si uxori vir legauit argentum omne quod suum esset, idcirco quæ in nominibus fieri, legata sunt. Multum enim differt, in arcane positum sit argentum, aut in tabulis debeat. Idem Attico: Nomina mea per Deos expedi. Horatius in Sermonibus: Nomina sectatur.

*Idem in Epistolis:*

Cautos nominibus certis expendere nummos.

O

## OPERAM LUDERE.

**C**UM frustra aliquid fieri putabant, operam ludimus, dicebant: quod imitatione dignum maxime est. Plautus in *Pseudo*: In perisum ingerimus dicta dolium, operam ludimus. Terentius in *Phormione*: In illis fructus est, in illis opera luditur. Plautus in *Casina*: Si me nunc suspendam, operam luserim, & prater operam restim sumpti fecerim.

O S.

**O**S, certo modo loquendi ab illis antiquis pro audacia, & temeritate, quandoque pro conspectu ponitur. Cicero in *Oratore*: Quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla sententia iuris audet accedere? Idem in *Verrem*: Os hominis, insignemq; impudentiam cognoscite. Salustius in *Iugurthino*: Incedunt per ora vestra magnifice.

## OPERÆ.

**O**PERÆ in plurali, id esse videntur, quod sectatores, adfecta, clientes. Cicero *Quinto fratri*: Cum omnia maledicta, versus etiam obscenissimi in Clodium & Clodiam dicerentur: ille furens & exanguis interrogabat suos in clamore ipso: quis esset qui plebem fame necaret? Respondebant opera, & subdit: Factus est à nostris impotus, fuga operarum, & subdit: Itaque se comparat, homines ex agris accersit, operas autem suas Clodius confirmat, manus ad *Quirinalia* paratur. Eidem: Opera Clodiana clamorem sustulerunt. Idem *Attico*: Opera



comparantur. *Eidē*: Opera Clodiana pontes occuparant. *Eidem*: Qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt. *Idem pro P. Sextio*: Erat enim mihi contentio, non cum victore exercitu, sed cum operis conductis, & ad rapiendam urbem concitatis. *Idem pro P. Sylla*, Contra patrem tuum operas & manum comparasse.

## OBTINERE PROVINCIAM.

**O**BTINERE provinciam, modus dicendi, quo significatur habere provinciam ad tempus ad regendum, ut Proconsul, aut Prator, vel ut Quaestor, aut pro alio magistratu. *Cicero in Verrem*: Iam antea in sella sedens Prator cum provinciam Siciliam obtineret. *In eundem*: Sic obtinui Quaesturam in provincia, ut omnium oculos in me unum coniectos arbitrarer. *Idem pro L. Flacco*: Cum Asiam provinciam consulari imperio obtineres.

Obtingere autem provinciam est, cum sortitō provinciam regenda alicui committebatur. *Cicero in Verrem*: Quaestor ex Senatusconsulto provinciam sortitus es, obtingi tibi consularis. *Idem Attic.* Asiam Quinto suavisimo fratri obtingisse audisti.

## O B.

**A**LIQVANDO est circum vel ante, aut contra. *Plautus in Mili.* Nunc demum experior ob oculos caliginem prius mihi obtingisse. *Ibidem*: Nam ille qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat. *Idem in Truculento*: Irata est, quia scorium ob oculos adduxerit. *Cicero pro P. Sext.* Aut ego illas res tantas in tanta improborum multitudine cum gerebam, non mihi mors, non exilium ob oculos versabantur?

## VIRGILIUS:

Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

*Plautus in Aulularia.*

Dum it dormitum, follem obstringit ob gulam.

Inde obire prouinciam, obire fundos, obire  
sacra dicitur.

*Cicero in Verrem, Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obij. Idem de Orat. Iudicia priuata magnarum rerum obire. Ibidem: Cui nostrum non licet fundos nostros obire?*

## VIRGILIUS:

Dicunt exortem Æneæ, quem fulua leonis  
Pellis obit totum.

## VIRGILIUS:

Magnas obeuntia terras  
Tot maria intraui.

*Cæsar in Comment. Omnia per se obire, & quid quoquo loco faciendum esset prouidere non posset.*

De particula Ob pro contra.

*Plautus in Stichus, Tranquillam vitam concinna. Si rex obstabit, regem peruertito ipsam. Ibidem: Si tibi nulla agritudo est animo obusam.*

## OFFENDERE.

**O**FFENDERE interdum idem est quod incur-  
re: Unde offensiones pedum, quas Augustus Cæsar  
ut durum & mali hominis abhorrebat. *Plautus in Cur-  
cul. Ne quem in cursu capite, aut cubito, aut pectore of-  
fendam, aut genu. Cicero pro Marco Varrone. Quis est  
tam Lynceus, qui tantis tenebris nihil offendat, nusquam  
incurrat? Idem in Verrem. Si tantulum offensum, titu-  
batumque sit.*

## Ovidius in Epistolis.

Cum foribus velles ad Troiam exire paternis,  
Pes tuus offensus limine signa dedit.

*Idem de Fast.*

Creditur offenso procubuisse pede.

TIBULLVS:

Te canit agricola è magna cum venerit vrbē,  
Serus inoffensum retuleritque pedem.

*Idem Tibull.*

Offensum in porta signa dedisse pedem.

*Plautus in Penul. Quemque visco offenderant. Cice-  
ro pro Cluent. Qui bis apud eos iudices offendisset.*

## O P E S.

**O**PES à bonis illis autoribus positas non solum pro  
diuitiis, verum etiam pro potentia, qua constat ex  
amicis, clientelis propinquis, populari fauore, infra planè  
colliges. *Cicer. de Officiis: Existimq. in Repub. plerum-  
que largitores & factiosi, ut opes quam maximas conse-  
quantur, ut sint potius superiores vi, quam iustitia pares.*  
*Idem de Amicitia: Diuitiis ut utare, opes ut colare, ho-  
nores ut laudare. Ibid. Sic multorum opes prapotentium  
excludunt amicitias fideles.*

## OPTIMVS, MAXIMVS.

**O**PTIMVS, maximus, non solum de Deo dicitur, sed  
de fundi, agro, domo, & aliis. *Celsus de contrahen-  
da emptione: Cum venderes fundum non dixisti, ut opti-  
mus maximusque est. Venuleius de Euictionibus. l. Quod  
ad seruitutes: Nisi ut optimus maximusque esset, traditus  
fuerit fundus. Paulus de legatis. l. Si mihi: Ut optimi ma-  
ximi que sunt. Idem de fundo instructo. l. Fundo legato: Et  
optimus maximusque est.*

## PERPETVVS.

**P**ERPETVVM est inter cetera, quod solidum, non concisum in frusta, sed continuatum, non interruptum, aut temporis spacio intermissum. Et eodem sensu perpetuare dicitur, id est, sine intermissione continuare. Plautus in *Rudente*: Iactate exemplis plurimis miserè perpetuam noctem. Idem in *Mercatore*: Siquidem isti dicto solida & perpetua est fides. Ibidem: O fortuna, ut nunquam es perpetuo bona. Cicero in *Verrem*. Vna lata via perpetua. Idem ad *Atticum*. Clodium presentem fregi in Senatu, cum oratione perpetua, plenissima grauitatis tum altercatione. Caesar in *Comment*. Erant perpetua paludes. Ibidem: Trabes perpetua collocantur. Ibidem: Perpetua fossa quinque alta pedes ducebantur. Ibidem: Pro vetere, ac perpetua in me fide.

## VIRGILIVS:

Pascunt perpetuo tergo bouis.

*Idem:*

Perpetuis soliti Patres confidere mensis.

*Idem:*

Solane perpetua mœrens carpere inuenta?

OVIDIVS in *Ibin*,

Dij tibi dent nudosque lares, inopemque senectam,  
Et longas hyemes, perpetuamque sitim.

*Idem de Ponto:*

Sic mea perpetuis liquefcunt pectora cutis.

Tuus *Luuius* ab urbe condita: Saltus perpetuis montibus inter se iuncti.

Perpetuare.

Plautus in *Pseudo*: Non est iustus amator, nisi qui perpe

perpetuat data. Cicero de Oratore : *Ut si cui sit infinitus spiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolumus. Idem pro Publio Sylla : Semper Cecilius in calamitate fratris sui iudicium, potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putavit.*

PRÆSTARE CULPAM, DOLUM, & eiusmodi.

**V**ISVM est mihi id esse prestare culpam, vitium & cetera id genus, quod ad culpam teneri, seu satisfacere, seu cauere. Et ut significantius dicam, id mihi videtur culpam prestare quod stare pro culpa. Cicero in epist. C. Torquato: *Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas prescribit: ut nihil in vita à nobis prestandum præter culpam putemus. Idem de Oratore: Perge verò Crasse, inquit Mutius, istam enim culpam, quam vereris, ego prestabo. Ibidem. Defendebamus quidquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset, neque declarasset, prestare debere. Ibidem: Demonstrare grauissimis verbis, multos sæpe impetus populi non iniustos esse, quos prestare nemo possit. Idem in Topicis: Omnibus est ius parietem directum, ad parietem communem adiungere solidum vel fornicatum. At si quis in pariete communi damni infecti promiserit, non debet prestare quod fornicis vitij fecerit. Idem pro Publio Sextio: Ea conditione gesseram, ut meum factum semper omnes prestare, tue-rique deberent. Idem ad Q. fratrem: Quos verò aut ex domesticis coniunctionibus, aut ex necessariis apparitionibus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte Prætoris appellari solent, horum non modo facta, sed etiã dicta omnia prestanda nobis sunt. Idem de Off. Si autem dictum non omne prestandum est, quod dictum non est, id prestandum putas? Casar in Comm. Neque periculum prestare eorum, sed totã rem ad Pompeium reuicere. Papin. de rei*

*vendicatione, l. si navis: Periculum navis possessor petitori praestari non debet. Idem de administratione & periculo, l. tutores: Nominum paternorum periculum praestare cogendi non erunt. Idem eodem titulo, & eadem, l. Victus praeteriti temporis periculum praestabit. Ulpianus. Nautae, caupones, & c. l. si quis: Factum non solum nautarum praestare debere, sed & vectorum. Idem de tutelis, l. si filius familias: Equum est, ut eum duntaxat dolum pater praestet, qui commissus est ante emancipationem filij. idem de Magistratibus, l. in ordinem: Non enim debent Magistratus futuros casus, & fortunam praestare pupillo. idem de Legatis primo, l. Quid ergo: Sed si animal legatum occiderit, puto teneri, non ut carnem praestet, vel cetera, sed ut praestet precium. Pompeius de negociis gestis, l. Si negocium absentis & ignorantis geras, & culpam & dolum praestare debes. Sed Proculus ait, interdum & casum praestare debet. Pomponius, Solutio matrimonio, l. Si mora per mulierem fuerit, quò minus dotem recipiat, dolum malum duntaxat in ea re, non etiam culpam maritus praestare debet.*

## P R A E.

**P**RÆPOSITIO *Præ elegantissimè à bonis illis autoribus ponitur, cum comparationem quandam inducit: ut, Præ nobis beatus videris, id est, plus nobis beatus. Plautus & Terentius præpositionem hanc Præ, componunt cum quàm, quandoque cum ut, ut clarius infra videbitur. Plautus in Aulular. Sed hoc etiam pulchrum est, præ quàm ubi sumptus petunt. Idem in Mostellaria: Video te nihil pendere omnes homines præ Philolache. Idem in Stichus. Iuniores omnes relictas habeo, præ quod tu nolis. Idem in Milite: Qui non sum dignus præ te, qui figam palum in parietem. Ibidem: Præ illius forma quasi spernas tuam. Ibid. Nihil hercle hoc quidem præ ut alia dicam.*

dicam. Idem in *Menechmis*: Modestior nunc quidem est verbis præ ut dubium fuit. Idem in *Mercatore*: Pentheû diripuisse aiunt Bacchus nugas maxime fuisse credo præ ut quo pacto ego diuersus distrahor. Ibidem: Sanus sim, præ te medicum mihi expetam: Terentius in *Eunuch*: Hic ego illum contempsi præ me. Ibidem: Qui si ceperit amare, ludum iocumque fuisse alterum dices illum, præ ut huius rabies qua dabit.

## PRÆIUDICARE.

**P**RAEIVDICARE, apud eos, qui nouum, non antiquum dicendi modum inscite sectantur, est id, quod damnum aut iacturam dare: veluti si dicant, ut solent: in hac re mihi valde præiudicatur, aut hoc non sine meo præiudicio fieri potest. Qui modum dicendi quam procul absit ab aurea elegantique Latinitate, infra perspicitur. Nam præiudicare est iudicio in eadem causa factò præire posterius iudicaturò. Inde præiudicium. Hoc enim iudicium à præiudicio differt. Iudicium est, quod ex causa ipsa fit: Præiudicium autem, quod iudicibus exemplum postea præbet ad iudicandum in eadem causa, vel paribus causis, uti clarè in oratione Ciceronis pro Cluëtio colligitur: qui duobus præiudiciis, vno in Scamandrum, altero in Fabritium eadem venesicij causa factis, Oppianicum damnatum esse demonstrat. Cicero pro Cluentio: Cum Oppianicum iam perditum & duobus ingulatum præiudiciis videret. Ibidem: Tum denique cum duobus proximis præiudiciis condemnatus esset. Ibidem: Nisi que præiudicia de eo facta esse constarent. Ibidem: Deinde ea de eo præiudicia esse facta ab ipsis iudicibus, à quibus condemnatus est, ut non modo ab eisdem, sed ne ab aliis quidem ullis absolui ullo modo posset. Idem in *Verrem*: De quo non præiudicium, sed planè iudicium iam factum putatur. Ibidem: Hoc miror, qui de hoc ho-

mine prauidicium voluerit fieri, per recuperatores de hoc ipso non modo prauidicari, verum grauissimè iudicari.

### PROXIMVS, ET VICINVS.

**E**ST proximus is, quem nemo antecedit, & quo nemo vicinior est. Vicinus autem proximus, & idem non proximus esse potest. Sed ea duo nomina coniuncta antiquo modo dicendi, quod discrimen internosceretur, elegantissimè reperiuntur. Plautus in Mercatore: Tuis amicus & sedalis, simul vicinus proximus. Terentius in Hecyra: Despondet ei gnatam huius vicini proximi. Cicero Attico: C. Arrius proximus est vicinus, imò ille quidem iam contubernalis. Eidem: C. Albanus proximus est vicinus. Idem de officiis: Querit ex proximo vicino, num feriae quadam piscatorum essent, quòd eos nullos videret. Nulla, quòd sciam, ille inquit. Iabolenus, locati & conducti: Qui domum habebat, arcam iunctam ei domui vicino proximo locauerat.

### PERTINERE.

**P**ERTINERE non semper impersonale est, nec eodem significato. Nam pertineo reperitur apud illos veteres, significans id quod pertingo, peruenio, contingo. Cicero de natura deorum: Paulo supra quàm ad linguam stomachus annectitur, eaque ad pulmones vsque pertinent. Ibidem: Ad easdem partes iecoris confluunt, ad quas omnes eius vis pertinet. Ibidem: A corde autem in totum corpus distribuitur per venas admodum multas, in omnes partes corporis pertinentes. Caesar in Commentar. A finibus Trevirorum ad Nervios pertinet. Ibid. Equites barbaris omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur. Idem: Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni.



PRÆVERTERE, PRÆVERTI,  
antevertere.

**P** RÆVERTERE, præverti, antevertere, non id significans quod precedere ( ut aliqui volunt ) sed id quod præponere, præuenire: sed non suo, imò potius præpostero, ac peruerso ordine, id est, ut quod erat in animo, ut postea fieret, fiat antea, & contra, quod ante erat faciendum, postea fiat. Sed id quoque præcipuè notandum est, datiuum post se plerumque trahere, ac deponens idem verbum etiam fieri. *Plautus in Milite: Iam nos isti rei præuertemur. Ibidem: Igitur id quod agitur, nunc hoc primum præverti decet. Idem in Mercatore: Mandatis rebus præverti volo. Ibidem: Abige abs te lassitudinem, caue pigritiæ præuertier. Idem in Captiuis: Certum est hoc principium præuertier. Ibidem: Pol macrores mihi antevertunt gaudis. Idem in Cistellar. Præverti hoc certum est rebus aliis omnibus. Idem in Mercatore: Sapè ex te audiui pater, mandata rei omnes sapientes primum præverti. Idem in Bacchid. Rebus aliis antevertant Bacchis, qua mandas mihi. Idem in Casina: Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis anteuenire. Cicero de diuinatione: Si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni præuertendum putes. Ibid. Atque id ipsum cum tecum agere conarer, Fannius antevertit.*

*Horatius cum vellet notare, vitia amicarum corrumpere amatores, dixit: Illuc præuertamur, ac si dixisset, prius erat notandum, amatores decipere amicas, sed præpostere dicam de vitis amicarum. Ait enim: Illuc præuertamur, amatorem quod amice turpia decipiunt cecum vitia, aut etiam ipsa hæc delectant.*

PONE

HADRIAN. CARDIN.  
PONERE IN LUCRO, ET  
in lucris.

**P**ONERE in Lucro, modus hic loquendi tum dicebatur, cum aliquid boni præter spem eueniebat. Cicero pro Lucio Flacco: Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur.

PARVO NEGOCIO,  
nullo negotio.

**P**ARVO negotio, nullo negotio, modus loquendi illorum felicium temporum, id significat, quod imperiti, parvo labore, nullo labore, dicunt. Cicero Attico: Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit.

PRO TEMPORE, PRO  
re, pro loco.

**P**RO tempore, pro re, pro loco significat, quod ineptè dicunt, pro qualitate temporis, rei, loci. Cesar in Comment. Consilium pro tempore, & pro re caperet.

VIRGILIUS in Bucol.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus.

Salustius in Jugurth. Pro tempore benignè respondit. Ibid. Deinde ipse pro re ac loco paulatim procedere.

DEPRECANDI MODVS PER  
fortunas, per caput, per fidem, per  
Deos, per homines.

**P**ER fortunas, per fidem, per Deos, per homines, modus est deprecandi elegantissimus, à literatis celebratus, ab aliis neglectus. Plautus in Menechmis; Per ego vobis Deos atque homines dico. Ibid. Per ego te hæc genua obtestor. Terentius: Per ego te Deos oro, ne illi  
ani

animum inducas. Cicero Attico: Per fortunam, quoniam  
 Roma manet, primum illud perfice. Eidem: Subueni igitur  
 per deos, idque quam primum. Eidem: Sed propterea  
 per deos: scis quantum sit in temporibus, quantum in ce-  
 leritate. Eidem: Per fortunam, & omnem tuum amorem,  
 quo me es complexus, omnemque tuam prudentiam, quam  
 me hercule in omni genere iudicio singularem, confer te ad  
 eam curam, ut de omni statu meo cogites. Titus Livius de  
 bello Punico: Per ego te (inquit) fili, quaecumque iura libe-  
 ros iungunt parentibus, precor, quesôque.

PARS, PRO VIRILI PARTE,

pro virili.

**P**RO mea parte, pro sua parte, pro rata parte, pro por-  
 tione, hic est idem dicendi modus, qui pro virili par-  
 te, quandoque absolute, pro virili: quod meo iudicio, a vi-  
 ritim descendit, ut sit pro virili parte, id est, quod viri-  
 tim divisum aliquem contingeret. Cicero Metello Cele-  
 ri: Atque etiam ut ita fieret, pro mea parte adiuvit. Idem  
 in Verrem: Praecipue quod in iis artibus pro mea parte  
 versor, quarum ille princeps fuit. Idem in Philip. Tum  
 me eius beneficio plusquam pro virili parte obligatum  
 puto. Idem de Legibus: Ac post de eius heredibus ali-  
 quis exegisset pro sua parte. Idem in Verrem: Est aliqua  
 mea pars virilis, quod eius civitatis sum.

Cicero in somnio Scipionis: Hic est, inquit ille, qui in-  
 teruallis consunctis imparibus, sed tamen pro rata par-  
 te ratione disiunctis, impulsu & motu ipsorum orbium  
 conficitur. Idem in Tusculanis: Omnia ista perinde ut  
 data sunt, pro rata parte a vita, longa aut brevia dicun-  
 tur. Varro de re Rustica: Ut & lac pingue habeant, &  
 multum pro portione: Ibidem: Remutandum in datione  
 pro portione. Cato de re Rustica: pro portione omnia ea  
 facito. Cicero de Oratore: Sed oportet ut adibus ac  
 templis

templis vestibula & aditus, sic causis principia pro portione rerum proponere.

Pars etiam pro Officio, plurimum candoris habere solet. Cicero de Oratore libr. 2. Sed tamen hoc cecidit mihi peropportune, quod transactis iam meis partibus, ad Antonium audiendum venistis.

### PROXIME, PROPIVS.

**P**ROXIME cum prepositio est, accusatiuo iuncta, quandoque reperitur que & ipsa sermoni Latino non parvam adfert elegantiam. Idem sit de comparatiuo Propius. Cicero Metello Celeri: Tu ipse velim indices, satisne videatur iis omnibus rebus tuis aduentus, cum proximè Roman venisti, mutuo respondisse. Cassius Ciceroni: Sunt tibi M. Tulli liberi, propinquisque digni quidem te, & merito tibi charissimi. Esse etiam debent in Repub. proximè hos chari, qui studiorum tuorum sunt amuli. Caesar in Comment. Quod propius Romanos accessit. Hircius in Comment. Cum propius hostem accessisset. Titus Livius ab urbe conata. Ut propius urbem Romam exercitum admoueret.

### Peruadere.

Peruadere incendium per satis, peruadere tempestas per vineta, peruadere furor irati, aut crudelis alicuius per populos, ab illis Latinitatis conditoribus scriptum reperitur. Cicero in Verrem: Quacunque iter fecit, eiusmodi fuit, ut Legatus populi Romani, sed ut quadam calamitas peruadere videretur. Ibidem: Quantum incendium non solum per agros, sed etiam per reliquas fortunas aratorum isto Pratore peruasit. Ibidem: Te itaquam aliquam calamitosam tempestatem, pestemque peruasisse demonstro. Ibidem: Locus intra Oceanum iam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per hæc tempora nostrorum hominum libido peruasit.

Cicero

*Cicero pro lege Manilia: Erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quae per animos gentium barbararum peruaserat. Ibidem: Quo non illius dies fama peruasere? Titus Livius de bello Macedon. Terror omnem oram maritimam peruasit.*

## P R A E T E R E A.

**H**Æc quoque clausula Præterea, observatione præcipuè digna videtur: nam certo modo loquendi non post multa solum cõnumerata ponitur, verum etiam post singularem aliquam, vel personam, vel rem. *Cicero Servio Sulpitio: A me vero ita diligitur, ut tibi vni concedam, præterea nemini. Idem in Philippica prima: Nihil tum, nisi quod erat notum omnibus, in C. Caesaris Commentariis reperiebatur, num qui exules restitui? unum aiebat, præterea neminem.*

## O V I D I V S de Ponto:

In quibus excepto, quod adhuc utcumque valemus,  
Nil me præterea quod iuuet inuenies.

*Cicero pro lege Manil. Eundem hunc unum ab hostibus metui, præterea neminem.*

Præire verba, præire verbis, vel voce.

Præire verba, dicebant, cum carmen aliquod canendum antequam vel fœdus feriretur, aut exercitatio piaculi gratia per Pontificem, vel sacrificulum, aut alium magistratum fieret, magistratus primò pronuntiabat. Unde præire verba, hoc est inire verba, vel præuenire dicebatur. Præire verbis, & præire voce, simpliciter erat verbis, aut voce præfari, ut clarius ex inferioribus patebit. Titus Livius ab urbe condita: Pontificem præire iussit verba, quibus se, legionisque hostium deuoueret. Ibidem: Coæctus Pontifex maximus verba præire: Ibidem. Agendum Pontifex præi verbis

quibus

quibus me pro legionibus deuoueam. *Ibidem*: Obsecratio itaque à populo Duumuiris præcuntibus facta. *Ibidem*: Sunt qui M. Fabio Pontifice maximo præfante carmen, deuouisse eos se pro patria. Qui itibusque Romanis tradant. *Plaut. in Rudent. Præi verbis quod vis.* Cicero pro Tito Annio Mil. Qui hesternæ etiam concione incitatis sunt, ut uobis voce præirent.

Planum facere.

Planum facere, id significat quod declarare, & rem difficilem, aut dubiam soluere, & ante oculos uerbis explanare, & patefacere. Translatio enim à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus sit. Cicero in arte Rhetorica: Si quis cum Orestem accusat, planum faciat ab eo matrem esse occisam. *Ibidem*: Illud docuimus, hoc planum facimus.

PRIMORIBVS LABRIS, PRIMORIBVS DIGITIS attingere, sumere.

**H**OC modo loquens id significatur, quod parum attingere, parum eam rem de qua dicitur, intelligere. Nam translatio est à prægustantibus cibum aliquem vel potum. Cicero in Oratore: Que isti Rhetores ne primoribus quidem labris attingissent. *Plautus in Trinummio*: Atque etiam modo uersabatur mihi in labris primoribus. *Idem in Bacchidib.* Si hoc tu digitulis duobus sumebas primoribus.

PRO SE QVISQVE,  
VTERQVE.

**C**ONSIDERANDVS & hinc perelegans dicendi modus, Pro se quisque, dum quædoque pluribus, quandoque singulis attribuitur: ut, Pro se quisque diligenter curant, & pro se quisque diligenter curat, hoc est, quisque pro uirili curam gerit. *Idem fit de uterque.* Titus Livius  
ab

ab vrbe condita: Vterque transfixus, duabus herentes  
hastis moribundi ex equis lapsi sunt. Horatius: Missi ma-  
gni de rebus uterque.

PEDIBVS IRE, PEDIBVS  
consequi, ad pedes desilire.

**P**EDIBVS ire, pedibus consequi. Primo modo signifi-  
catur id, quod ineruditi pedester dicunt: secundus fa-  
cultatem agendi quandam demonstrat, cum vel pedi-  
bus rem transigere quis ostenditur. Ad pedes desilire hoc  
est, quod de equo descendere. Plautus in Stichus: Quadri-  
gas qui uehat, nam pedibus ire non queo. Cic Fab. 10 Gal-  
lo: Sed in pedibus es cōsecutus. Idem in Vatinius testem:  
Cum illud iter Hispaniense pedibus frē confici soleat,  
aut si quis nauigare velit, certa si ratio nauigandi. Caesar  
in Commentariis: Uno omnino loco flumen pedibus, at-  
que agrē transiri potest. Ibidem: Terracone discedit, pe-  
dibusque Narbonam, atque inde Massiliam peruenit.  
Ibidem: Consuetudine sua ad pedes desilierunt, suffis-  
que equis, compluribusque nostris victis, reliquos in fu-  
gam coniecerunt. Titus Lilius ab vrbe condita: Quis tum  
stipendia p dibus propter paupertatem fecisset.

PARTICIPIA NOMINA  
effecta.

**E**ST hic quoque dicendi modus apud disertos illos  
viros maximo in precio, quo nomina participia  
genitiuo iungebant. Terentius in Phormione: Herus  
liberalis, fugitans litium. Idem in Hecyra: Nemo ad te  
veniat, nisi cupiens tui. Cicero pro P. Quinsio: Eques  
Roman. locuples sui negocij benè gerens. Idem Atti-  
co: Timeo, tam uehemens vir tamque acer in foro, &  
tam insuetus contumelia, ne omni animi impetu, do-  
lori & inuidia parcat. Ibidem: Itaque ille noster amicus

*insolens infamia, semper in laude versatus. Idem in oratione post reditum, qua gratias agit: Consules modesti, legum metuentes.*

## VIRGILIUS:

Observatissimus æqui.

*Idem in Bucolicis.*

Lactis abundans

*Idem in Georgicis.*

Experire colendo,

Et facile in pecori, & patientem vomeris vinci.

## HORATIVUS in Sermonibus:

Contentus paruo, metuensque futuri.

*Salustius in Catilinario. Animus insolens malarum artium. Idem: Alieni appetens, sui profusus. Idem in Iugurthino: Manu promptus, appetens gloria. Ibid. Quod locorum scientes erant. Ibid. Et ob ea scientes belli. Idem in Catilinario: Laboris ac belli patiens.*

Peius odisse, peius timere.

*Peius odisse, peius timere, & similia, modi loquendi illius temporis elegantissimi. Plautus in milite: Neque quenquam peius odisse, quam istum militem. Cicero C. Mario: Oderam multo peius hunc, quam illum Clodium. Brutus Ciceroni: neque unquam exul esse possum, dum seruire, & pati contumelias peius odero malis omnibus aliis.*

## HORATIVUS in Epistolis:

Cane peius & angue

Vitabit chlamydem,

*Idem:*

Peiusque læto flagitium timet.

*Plautus in Mostellaria: Pulchrum ornatum turpes mores peius cæno collidunt.*

## OVIDIUS de arte.

Limina Gorgoneo sæuius angue micant.



## PAGANVS, MILES.

**P**AGANVS ille erat, qui militia cupiens erat, & illi cingi, seu adscribi volebat. Eo enim intervallo, quo id quarebat, & ad militiam aspirare tentabat, Paganus: mox militiam adeptus, Miles dicebatur. Vnde Persius volens ostendere se nondum Poëtam esse, dixit: Nec fonte labra prolui Caballino, Nec in bicipiti somniasse Parnasso Memini repente ut sic poëta prodirem. Sed arrogantiam vitans subdit per translationem: Ipse semipaganus: Ad sacra vatuum carmen adfero nostrum. Marcellus de Pœnis, l. Quædam delicta pagano, aut nullam, aut leniorem pœnam irrogant: militi vero grauiorem vel leuiorem. Triphonius de pecunia Castrensi, l. Hereditate: Filius familias paganus de Castren. peculio fecit testamentum.

## Punctum, momentum.

Punctum temporis, punctum horæ, Momentum horæ, momentum temporis, & simpliciter momentum pro exiguo spacio ponitur. Cicero de Natura deorum: Vel innumerabiles potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire. Lilius, Momenta temporis in aduersam incurfando aciem. Ibid. Momenta fusi.

PRIMÆ, PRIMAS FERRE,  
deferre, tenere.

**P**PRIMAS ferre, primas deferre, primas tenere, veteres dicebant: subintelliguntur tamen partes. Cicero in Bruto: Cotta & Salpitius cum vestro iudicio, cum omnium facile primas tulerunt. Idem in Oratore: Cui prima sine controuersia deferrebantur. Idem de Natura Deorum: Ad quem tum Epicurei primas ex vestris hominibus deferrebant. Idem in Bruto: Et si utrique primus, priores tamen deferunt Lælio. Idem in Oratore: Nam quis unquam dubitauit, quin in Republica nostra primas elo-

quentia tenuerit semper, urbianis pacatisque rebus, secundas Iuris scientia?

### PROFITERI.

**P**ROFITERI, occultiore dicendi modo apud antiquos id significat, quod vulgò dicunt, adsignare quantum numerum vini, frumenti, iugerum pecunia, vel aliarum rerum quilibet habeat. Cicero pro lege Agraria: In posterum verò lex hæc Imperatoribus nostris constituatur, ut quicumque de provincia discisserit, apud eosdem Decemviros quantum habeat præda, manubiarum, auri coronarij, profiteatur. Idem in Verrem: Edixerat ut aratores iugera sationum suarum profiterentur. Ibidem: Non quò iugerum numerum verè profiteri esset difficile, aut amplius etiam profiteri, sed quòd ex edicto professus non esset. Idem Tironi: Tu verò consibe professionem, si potes: & si hæc pecunia ex eo genere est, ut professione nõ egeat. Salustius in Catilinam: Post paulò Catilina pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat Consulatum petere, quia intra legitimos dies profiteri nequiverat. Titus Livius ab urbe condita: Profiteri cogendo frumentum, & vendere quòd vsui menstruo superesset. Ibid. Primo expectauerant, ut qui se dignos tanto imperio crederent, omnia profiterentur. Idem de bello Macedon. Ut qui socij ciuib. Romanis credidissent, pecunias profiterentur.

### PERSCRIBERE, PERSCRIPTIONES, perscriptor.

**P**ERSCRIBERE, reconditum habet sensum certo modo loquendi, qui à paucis observatus est. Id significat quòd in rationibus, aut in tabulis accepti & expensi scripto aliquid notare, unde que ita notabantur, perscriptiones dicta sunt: qui verò ea notabat, Perscriptor.

Cic.

Cic. pro Roscio Comodo: ego ne hanc manum plenam perfidia, & hos digitos meos impellere potui, ut falsum perscriberem nomen? Ibidem: Equè enim tabula condemnantur eius, qui verum nō retulit, & eius qui falsum perscripsit. Ibidem: Suum codicem testis loco recitare arrogantia est: suarum perscriptionum & literarum aduersaria proferre non amentia est? Idem in Verrem: Scribarum, dicit Verres: huius perscriptorem scænationis fuisse.

Q

QVID ILLI FIET, &c.

**Q**VID illi fiet? quid illi faciam? quid illi factum est? Modi sunt loquendi elegantissimi, & à paucis obseruati. Id enim significant quod nonnulli aliquid admirantes vel accepta aliqua calamitate, aut iactura, ineptè dicunt: Quid de illo fiet? quid de illo faciam? quid de illo factum est? Plautus in Mercatore: Sed quid nunc illi fiet? Idem in Mostellaria: Quid mihi fiet tertio, qui solus facio facinora immortalia? Cicero. Trebat. Quid porro fiet populo Plubrano? Idem Terentia: Et si nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? Idem in Rullum: Quaro si qui volunt vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? Idem in Academicis questionibus: Si comprehensio præcepti que nulla sit, quid fiet artibus?

T I B U L L V S :

Castra Macer sequitur, tenero quid fiet amori?

Cicero in Academicis questionibus. Quid enim faceret huic conclusioni? Si lucet, lucet igitur, lucet autem. Ibidem: Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui? Plautus Casina: Tuo quid factum sit pallio?

## Quid faceret aliud?

Quid faceret aliud? Modus est dicendi quo ineptè dicunt, quid poterat aliud facere? Cic. de Orat. Valerius quotidie cantabat, erat enim Scenicus, quid faceret aliud?

## QVOTVS.

VIDETVR mihi Quotus quandoque simpliciter interrogare, & numerum petere: ut, quota hora est? Dic quotus esse velis? Quotus erit iste denarius? Et quandoque sine interrogatione: ut, quota pars ex eo deducetur, ea pars tibi sit profutura. Quandoque quota pars significat minimam partem: ut, Pars quota laudis erat, quota portio fecis Achivæ. Quandoque Quotus iungitur cum quisque, & tum etiam interrogat: ut, Quotus quisque bonus est? Quotus quisque est qui teneat artem numerorum, quasi dicat, nullus aut rarus.

## QVATENVS, HACTENVS.

## EATENVS.

QVATENVS particula, est meo iudicio, quod usque ad finem, vel terminum. Interdum significat quantum. Cicero in Oratore: Itaque soli ij, qui sciunt quid, & quatenus, & quomodo dicturi sunt. Ibidem: Sed quarimus idem, quod in cæteris rebus maxime querendum est, quatenus: Ibidem: In omnibus rebus videndum est, quatenus. Et si enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. Idem de Amicitia: Quamobrem id primum videamus si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Ibidem: Est enim quatenus amicitie dari venia possit.

Hactenus particula post se, ut, plerunque apud bonos autores trahit. Idem de Diminatione: Et si video eo tum Stoicum esse cognatum, qui hactenus aliquid egit, ut ea-

rum rationem rerū explicaret, qua mari, cœlōve fierent. Illa verò cur euenerint, quis probabiliter dixerit?

Eatenus quandoque post se ut, quandoque quo ad, quandoque quatenus trahit: significat enim quamdiu, vel usque ad id. Cicero de optimo genere Oratorum: Verba prosequens eatenus; ut non abhorreant à more nostro. Idem ad Quintum fratrem: Quorum si quis fortè esset sordidior, ferres eatenus, quò ad per se negligeret eas leges, quibus est adstrictus, non ut ea potestate, quam tu ad dignitatem permisisses, ad quastum uterentur. Idem in Academicis: Sed hoc ciuile quod vocant, eatenus quoad populo prestare voluerunt.

QVOD SINE MOLESTIA TVA  
fiat, Quod sine incommodo tuo fiat, Quod  
sciam, Quod pace tua fiat. Quod inter  
nos liceat dicere.

CICERO Seruis Sulpitio: Quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, atque eum (quod absque molestia fiat) si qua in re opus ei fuerit, inueneris. Eidem: Quare velim, quidquid habent negocij, des operam (quod commodo tuo fiat) ut te obtinente Achaiam, conficiant. Idem Terentia: Tu velim (quod cum commodo valetudinis tue fiat) quam longissime poteris, obuiam nobis properes. Eidem: Serapionis librum ad me misisti, ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem vix intelligo.

QVAM PRIDEM, QVAM DVDVM,  
quam mox.

LQVENDI modum Latiniſſimum plerique ignorat. Quam diu est quod venit, aut Quam diu est ex quo venit, vel Quantum tempus est, ineptiſſimò dicunt.

## QVID, QVOD.

**Q**VID quous, cum simul iunguntur, mirificam Latinitati venustat. in pariunt. Quid, quod me etiam occidere vult? Multi ineptè dicunt, quia tibi videtur? vel quid dicis, etiam me occidere vult. Sed subiecta auctoritates id melius ostendent. Cicero in Academicis questionibus: Quid quod eadem illa ars quasi Penelope tela texens, tollit ad extremum superiora? Idem de Officiis. Quid quod Theseus exegit promissum à Neptuno? Idem de Senect. Quid quod sapientissimus quisque animo æquissimo moritur? Idem pro lege Manilia: Quid quod salus sociorum summum in periculum, ac discrimen vocatur? Idem ad Pontifices: Quid quod in meo reditu, spes ocij & concordia sita videbatur?

## QVÆ, MALVM.

**C**VM quem arguere aut castigare volebant, sic ponebant: Quæ malum, ista tua dicacitas est? Qui, malum, isti Athenienses? Cicero in Verr. Quæ malum, est ista tua audacia atque amentia?

## QVAMOBREM, CVR, QVAPROPTER, Quare, Qua causa.

**Q**VAMOBREM, cur, quapropter, quare, iis aduerbis quanta inest venustas? Quis est hodie, qui non ita loquatur? Aliquam causam queris, propter quam, aut ob quam me domo extrudas. Antiqui vero illi: Aliquam causam queris, quamobrem me domo extrudas? aut cur me domo extrudas? dicebant. Et ubi dicitur à plerisque ineptissime. Quid est quod me videre non potes? Antiqui dicebant: Quid est quamobrem me videre non potes? aut quid est cur me videre non potes? vel, quid est quare me videre non potes? Quod observandum maxime venisco. Cicero Appio Pulchro: Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori per

riputarem fore.

Cur.

Cic. pro Cluentio: Quid est Q. Naso, cur tu in hoc loco sexto sedear? Ibidem: Quae causa habito fuerit, cur interficere Oppianicum velles? Idem Attico: Sed erant causa, cur hoc tempore isthic esse nollem.

Qua causa, Quare.

Plautus in Menechmis: Quid de te merui, qua me causa perderes? Cic. pro lege Manilia: Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium. Asconius Pedianus: Magnopere, me hesitare confiteor, quod sit quare Cicero Placentiam municipium esse dicat. Cn. Pompeius L. Domitio: Miror quid causa fuerit, quare consilium mutaris.

## Q V A I T I N E R I S,

Qua de Bruto.

Q V A itineris, qua de Bruto, modus est dicendi, quo inepie dicunt: Ea parte qua itineris, vel de Bruto mentio sit. Cicero Attic. Ad quam honesta. quam expedita tua consilia, quam euigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis, qua congressus, sermonisque cum Cesare. Eid. Cum video te distentissimum esse, qua de Bruto occis, qua de Bruto.

## Q V A M P L U R I M V S, P R O

Quantò magis, &c.

E D I S C E N D V S est & hic loquendi modus, quo Cato, & alij veteres vsi sunt. Idem enim de re Rust. Quam plurimam brassicam ederis, tam citissimum sanus fiet. Illiterati vero hanc quoque dicendi morem non curantes dicunt: Quantiò plus, aut quantiò magis ederis ex brassica, tantiò citius sanus fiet.

HADRIA. CARDIN.  
 QVAM CITISSIME, TAM  
 maximè.

**E**T hic modus alter, non inelegantior superiore, non est pratercundus. Idem Cato: Quam citissimè conficiet, tam maximè expediet. Ibid. Quam acerbissima olea erit, tam oleum optimum erit.

QVOD TE ORO.

**M**ODVS est etiam Romani candoris plenus in particula Quod. Cum enim aliquid timètes narrabāt, ac deinde ne quid tale eueniret, obsecrabant, Quod te oro, dicebant: quod perinde est quasi Quare te oro.

R

RESIDERE, SVBSIDERE,  
 DESIDERE.

**N**IL aliud est terram desiderere, nisi cum terra magnis imbribus, vel ignota alia causa hiatum facit, ita ut terra deorsum descendat, vel subtrahatur. Cicer. de Officiis: Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui cum terra defedisset, magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit. Idem de Diuinatione: Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra defedisset. Ibid m: Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terraq; defederint. Titus vero Liuius idem dixit de bello Macedonico. Terra (inquit) Velutris triumingerum spacio cauerna ingenti defederat. Non tamen dicendi modum seruauit, cum dixit ab urbe condita: Arpini terra campestri in agro in ingentem sinum confedit. Ibidem: In Veliterno agro terra ingentibus cauernis confedit, arboreſque in profundum hausta.



*bausta. Confedit igitur dixit pro defedit, cum considerare sit simul sedere. Virgil. In molli confeditimus herba. Varro de re Rust. Quod inane natat, plenum defidet: Ibidem: Vbi stramentum defedit in aperto loco palam, à quo nominata potest esse palea.*

Subfidere est ferè idem quod residere.

VIRGILIUS in quinto *Aeneidos.*

Subsident vnda, tumidumque sub axe tonanti,  
Sternitur æquor aquis.

OVIDIUS, de *Fastis:*

Quod simul emersum est, fragor æthera terruit ipsum,  
Iactaque subsedit pondere molis humus.

*Ibidem:*

Iam leuis obliqua subsedit Aquarius vna.

*Ibidem:*

Pondere terra suo subsedit & æquora traxit.

*Iam de Metamorphosi.*

Iussit & extendi campos, subsidere valles.

## R E N V N C I A R E.

QVAM diuersum est quod in bonis autoribus legitur in verbo Renuncio, ab eo sensu qui passim vulgo celebratur? Est enim rennunciare legationem, idè quod referre quid in legationem gestum sit. Cicero in *Philippic.* Cum enim legati renunciârunt, quod cerè rennunciabant, non in vestra potestate, non in Senatus esse Antonium. *Ibidem;* Nec verò dubito, quin si ille vir rennunciare legationem potuisset, & reditus eius vobis gratus fuerit, & Reipub. salutaris futurus. Rennunciatur præterea Consul, Tribunus, aliisque Magistratus, id est, declaratur factus Consul, Tribunus, &c.

## R E D I R E I N G R A T I A M.

R E D I R E in gratiam, modus est dicendi, quo significatur aliquem ex discordia recõciliatum, in pristinam

nam amicitiam redire. Cicero de Senectute: In gratiam iam cum voluptate redeamus. Idem Quinto Ciceroni: Pompeius à me valde contendit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil profecit. Idem de Provinciis Consularibus: Iuravitque in concione se in gratiam non rediisse. Ibidem: Absens mecum summo suo beneficio rediit in gratiam. Idem ad Atticum: Cum Luceio in gratiam redi.

## RESPONDERE AD ROGATVM.

**R**ESPONDERE ad rogatum, id est (quod satis per se noscitur) cum quis rogat, quarit, petitve, & alter ad ea que rogantur, respondet. Quod multi peruerso dicendi modo, respondere ad propositum dicunt. Cicero pro L. Flacco: Nunquam nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus, quam ad rogatum.

## ROGET QVIS, DICAT

quis, petat quis.

**R**OGET quis, modus est loquendi politus, id est, quod multi inepte dicunt, si aliquis me interrogaret, peteret, diceret. Terentius in Eunucho: Roget quis, quid tibi cum illa?

## RESPECTVS.

**R**ESPECTVS, mutato dicendi genere dici ceptum est, hoc modo: Feci amicitia respectu, Feci respectu iustitia: quo loco Latinius diceretur: Feci amicitia causa, vel ratione, Feci ratione iustitia. Respectus autem nomen est, à Respicio veniens, ut Conspectus à Conspicio, Perspectus à Perspicio, Circumspectus à Circumspicio. Alio dicendi modo à Cicero usurpatur. De Diuinatione: Remigem, inquit, quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madafactu iri minus triginta diebus

diebus Graciam sanguine, rapinas Dirrachij, & cōscensione in naues cum fuga, fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore. Idem in Philippica quinta: Itaque cum respectum ad Senatum, & ad bonos non haberet, eam sibi viam ipse sibi patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non posset. Respectum dixit non habere, hoc est, non respicere.

## RESECARE AD VIVVM.

**R**ESECARE AD VIVVM, est per translationem dictum ab iis, qui vel unguis vsque ad vinum, vel arbores vsque ad radices rescant. Ad eos trāsfertur, qui nimium ad regulam reuocant. Cicero de amicitia: Neque id ad vinum resco, ut ij, qui hoc subtilius differunt.

## S

SCRIBERE MEA, TVA, SVA  
manu, non propria.

**S**CRIBERE mea manu, suā manu, non propria manu, quod nusquam apud bonos autores reperitur. Cic. Atti. Antequam aliquo loco considero, neque lōgas à me, neque semper mea manu literas expectabis. Eidem: Noli putare pigritia facere me quod non mea manu scribam: Eidem: Alteram tibi eodem die epistolam dictavi, & pridie dederam mea manu longiorem. Idem in Catilinam: Legimus literas & scriptum ipsius manu.

## STVDEO ILLAM REM.

**S**TVDERE illi rei, vulgare est: Studere autem illam rem minus observatum, nō caret gratia & venustate. Cic. in Antonium: unum sentitis omnis, unum studeris.  
Idem

*Idem de reditu suo. Cùm verò literas studere incipit, & belluo immanis cum Graculis philosophari, tamē est Epicureus. Idem de Finibus bonorum & malorum: Vel illud quod studet, facere possit ornatius. Idem in Tusculanis: Hac cùm disputant, hæc student.*

HORATIUS:

Hoc studet vnum.

### SICCVS.

**S**ICCVS, per translationem non est id, quod exhaustus, aut exercitus, ut nonnulli volunt, sed est ieiunus, sobrius. *Plautus in Asinar. Ego præter alios meum virum sui rata siccum frugi, continentem. Cicero in Academicis questionibus: Dormientium & vinolentorum, & furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quàm vigilantium siccorum, sanorum,*

HORATIUS:

Forum, putealque Libonis Mandabo siccis.

### STOMACHARI, STOMACHOR omnia.

**S**TOMACHARI notum verbum, est enim indignari, & quasi ex aliquo facto dictore offendi, ita ut stomachus inde moueatur. Hinc est alius ortus dicendi modus, cùm dicitur: *Non sine stomacho illum vidi. Sed in verbo Stomachor præcipuè obseruandum est, accusatio id quandoque iungi, quandoque absolute, quandoque cum præpositione poni. Terentius in Eunucho: Id adueniens mecum stomachabar. Cicero Attico: Stomachor omnia. Eidem: in quo tamen ille mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet. Eid. Ille verò: stomachari definamus.*

### SEXCENTI.

**S**EXCENTIS locis, sexcentos habes tabellarios, & alia huiusmodi: hoc numero utebantur, cùm infinitum, ant

aut praegrandem numerum explicare volebant. Plautus in *Aulularia*: Sexcenta sunt qua memorem, si sit ocium. Terentius in *Phormione*: Sexcentas proinde potius scribito, iam mihi dicas. Caesar in *Commentariis*: Cum sexcentis denotis. Cicero Attico: Sexcentos habes tabellarios.

## Suppetere.

Suppetere, & superesse vita dicitur, pro quo multi, Sufficere vita, & barbaris aliis modis dicunt. Cicero de somnio Scipionis: Scribentur fortasse plura, si vita suppetet.

## VIRGILIUS:

Primus ego in patriam mecum, modò vita superfit.

## Supra caput.

Supra caput, modus est loquendi, rem qua valde urgeat, & immineat, significans. Cicero Octavio: Ecce supra caput homo levis, ac sordidus, sed tamen equestri incessu Catiennus. Salust. in *Catilina*. Dux hostium cum exercitu supra caput est.

## VIRGILIUS:

Olli caeruleus supra caput astitit imber.

## S T A R E P E R M E.

**S**TARE per me, per te, per illum, modus est loquendi perelegans, & multis in locis apud bonos autores celebratus. Caesar in *Commentariis*: Ubi cognouit per Afranium stare, quò minus praelio dimicaretur. Titus Livius ab urbe condita: Per duces, non per milites steterunt, ne vincerent.

## Superfedere.

Superfedere, cum ablativo iungitur, certo modo dicendi id significat, quod intermittere. Cicero Servio Sulpitio: Superfedere hoc labore itineris. Idem in arte Rhetorica: Exemplorum multitudinem superfedendum est.

**STVLTVM** id plerique iam putant quod insanum, Sciam inter utrunque non leue sit discrimen. Est igitur stultus ferè quod imperitus, ingenio hebes, aut tarauis, vel inconstans. Insanus autem qui non sana, sed alienata mēsis est. Plaut. in *Most.* Interdum ineptè stultus es. Terent. in *Eunucho*: Dij boni, homo homini quid prestat? Stulto sapiens quid interest? *Ibid.* Hic homo è stultis insanos facit. Cicer. de *Oratore*: Oratoris peccatum si quod est animaduersum, stultitia peccatum videtur. Stultitia autem excusationem non habet. *Ibidem*: Quo quidem in genere familiaris noster M. Bucculeius, homo neque meo iudicio stultus, & suo valde sapiens. Idem definiit quid sit stultitia in *Tusculan.* Stultitiam enim censuerunt inconstantiam, id est, sanitate vacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & vita communem cultum atque vsitatum.

## S E C V N D V M.

**S E C V N D V M** absentem, secunāum presentem iudicare: ferre sententiam secundum testamentum, secundum te ille mihi ita est, ut sit penè par. Hæc notanda mihi visa sunt, quæ non ab aliqua ratione, sed sola aiendi consuetudine variantur. Iudicare absentem secundum presentem, id est quod diceremus, iudicauit pro absente, ac si presens esset. Ferre sententiam secundum testamentum, hoc est, quod diceremus, pro testamento, vel vulgatius, in fauorem testamenti. Secundum te ille mihi ita est, ut sit penè par, id est secundo loco, aut proximè. Cicero ad *Quintum Fratrem*: Ille mihi secundum te ac libros nostros ita est, ut sit penè par. Idem de *Officiis*. Proximè autem, & secunāum deos, homines hominibus maximè utiles possunt. Idem *Attico*: Secunāum te nihil est mihi amicis seruandæ. *Eidem*:  
Nuncia

Nunciauit iam populo, Pontifices secundum se decreuisse. Idem de Oratore: Quare in hac nostra actione secundum vocem vultus valet, Varro de re Rustica. Insula Gallinaria, qua est in mari Thusco secundum Italiam. Titus Livius de bello Punico: Secundum has preces tuba signum dedit proficiscendi. Ibidem: Nec erat gens alia, cuius secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent. Idem: Nos autem qui secundum deos violati sumus. Idem de bello Macedonico: Romani qui secundum deos plurimum possunt. Ibid. Secundum orationem praetoris murmur ortum.

## P R A E S U M E R E.

**Q**UOD ineptissime, ac multa cum barbarie dicitur Praesumere, antiqui sumere, & assumere, quandoque & arrogare dicebant. Nam praesumere aliud est, significat enim ante capere, ut in bonis autoribus.

## V I R G I L I V S:

Et spe praesumite bellum, &c.

## H O R A T I V S:

Tibi quidnam accedit ad istam,  
Quam puer & validus praesumis molliciem?  
Sed iam de sumo, & assumo aliquid referamus.

## S U M O.

Cicero in Catilinam: Quibus ego si me restitisse dicam, nimum mihi sumam, & non sim ferendus. Idem in Antonium: Tantumve sibi sumpsit, quia Mylassis Myrmiloneum trucem ingulavit. Idem Torquato: Sed hoc tamen non sumo, ut te consoler de communibus miseriis.

## A S S U M O.

Cicero de Offic. Si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare. Idem pro Syll. Ego vero iudices non modo mihi nihil assumo, in quo quispiam repugnet, sed etiam quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto.

**SCIENTER** Aduerbium à scio, non id semper significat, quod vulgò ab omnibus putatur, cum dicunt: Scienter fecit, scienter dixit. Sed id est Latine scienter, quod sciè, disertè, peritè, à scientia ductum. Cicero in Bruto: Quam omninò multa de iure civili, qua quidem omnia cum peritè & scienter, tum breuiter & expresse, & satis ornate, & pereleganter diceret. Ibidem: Vi enim ex neruorum sono in fidibus quam scienter ij pulsati sint, intelligi solet, sic ex animorum motu cernitur, quid tractandis iis perficiat Orator. Titus Livius ab urbe condita, inscienter etiam posuit, cum dixit: Tuba inscienter à Græco inflata.

## Scriptura.

Scriptura (ut arbutor) ea erat præter alia significata, quam exercebant, qui agris, pascuis, aut pecoribus præerant, & tam ij, quam qui portus, aut portoria curabant, vectigalia describentes, aut colligentes, Magistri scriptura & portus dicebantur. Plautus in Truculent. Ob meam scripturam pecuam accipit. Cicero Attico: Magister scriptura & portus, quidam L. Carpinatius. Eidem: Terentius meus necessarius magnas operas in portu, & scriptura Asia pro magno dedit. Idem pro lege Manilia: Nam cum hostium copia non longè absum, & si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. Pro scriptura puto scriptum accipi à Tito Livio Patuano, dum ab urbe condita dicit: Neque eius accipi nomen, quod scriptum faceret, tabulam posuisse se scriptum non facturum, quem aliquando antea defuisse scriptum facere arguit Macer Licinius.



## S P E C I E S, G E N U S.

**Q**UOD Cicero & eius aequales priscam Latinitatem per minima quaque verba examinarent, polirent, ac quasi deterfa rubigine, suūque purgarent, vel ex hoc, quod de specie subiecti, facile cognosci potest. Species verbum cum Ciceroni non omnino placeret (tamen si & ipse eo nomine quandoque usus est) formam aut partem pro eo maluit. In *Topicis*: Species appellant, non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim (si Latine quidem dici posset) specierum & speciebus dicere. Et saepe iis casibus vitandum est, at formis & formarum velim. Cum autem utroque verbo idem significetur, commodiorem in dicendo non arbitror negligendam. Genus & formam definiunt hoc modo: Genus est notio ad plures differentias pertinens. Forma est notio, cuius differentia ad caput generis, & quasi fontem referri potest. Idem de arte *Rhetorica*: Genus est, quod plures partes amplectitur, ut animal. Pars est, qua subest generi, ut equus. Sed eadem res saepe alij genus, alij pars esse potest: Nam homo pars animalis est, Thebani aut Troiani genus. Idem in *Topicis*: Forma enim à genere, quò ad suum nomen retinet, nunquam seiungitur. Idem de *Oratore*: Tum explicato genere cuiusque rei, videndum est, qua sint eius generis, siue formae, siue partes. Idem in *Philippica quinta*: Num Latine scit? Num ex iudicium genere & forma? Num leges nostras, morē siue mouit?

## S E C T A R I.

**S**E C T A R I clarè patet quid sit: Sed sectari apros vel simiam aut alias belluas, recondito (ut arbitror) modo loquendi per translationem, id est, quod inuestigare, perquirere, sequi. Terentius in *Phormione*: Adolescentulum ceruam videre, fugere & sectari canes.

VIRGILIUS in Bucol.

Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo.

SERVIRE AVRIBVS,

Dare auribus.

**S**ERVIRE auribus, dare auribus, frequenter apud bonos autores reperitur: qui modus loquendi nihil aliud certe significat, quam assentiri, blandiri. *Cæsar in Commentariis: Auribus Varri seruiunt. Trebonius (Ciceroni): Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.*

SI DIIS PLACET.

**A**DMIRANTES antiqui alicuius indignitatem, temeritatem, aut indignantes, certo modo loquendi dicebant: *Si Diis placet. Cicero in Orat. Etiam Latini, si Diis placet, hoc biennio magistri dicendi existerunt. Idem in Tusculanis: Qua gloria commotus Epicurus exeritur, cui etiam, si Diis placet, videtur semper sapiens beatus, Titus Livius ab urbe condita: Perpetuos, si Diis placet, Tribunos. Ibid. Quin etiam, si Diis placet, nefas aunte Consulem plebeium fieri. Idem de bello Macedonico: Nos, si Diis placet, iam Rempub. etiam capessere eos patimur.*

SATIN' SALVÆ?

**M**ODVS loquendi apud veteres, cum quid turbati interrogabant: *An satis salua res essent. Terentius in Eunuchio: Hem quid est? quid trepidas? satis sine salua?*

SARTA TECTA QUID SINT,

&amp; quid sit ea exigere.

**S**ARTA tecta, sine copula plerumque posita compari à sarcio & tego certo modo dicendi deducta, ut infra ostenditur. Cum enim adificia publica, ades sacre, & alia loca, & opera publica redemptoribus locabantur, præcipua

præcipua inter cætera conditio apponebatur, curarent  
 ut sarta tectaque essent, id est, bene provisæ, aut reparatæ:  
 Quod uero redemptores ex locato debebant, cum exigeba-  
 tur, sarta tecta exigere dicebantur. Quandoq; per transla-  
 tionem ea uerba sarta tecta usurpantur. Plautus in Tri-  
 nummo: Sarta tecta tua præcepta usque habui mea mo-  
 destia. Cic. Marco Cælio: Hoc mihi da, atque largire, ut  
 Marcum Curium sartum & tectum (ut aiunt) ab omni  
 incommodo, detrimento, molestia, sincerum integrumque  
 conserues.

Sarta tecta simpliciter.

Cicer. Bruto: Quorum quidem omnia commoda, om-  
 nesque facultates, quibus & sacra conficere, & sarta te-  
 cta adium sacrarum, locorumque communium tueri pos-  
 sit, consistunt in iis uetigalibus. Idem in Verr. Cum Cõ-  
 sules ades sacras locauissent, neque potuissent omnia sar-  
 ta tecta exigere. Ibi. Eundemque tenemini, Censoris quo-  
 que leges in sartiis tectis exigendis tollere. Ibidem: Verum  
 etiam in iis sartiis tectisque damnata est.

## T

## T E M P U S.

**A**NTB tempus, post tempus, ad tempus, per tempus,  
 in tempus, in tempore, primo quoque tempore, pri-  
 mo quoque die, pro tempore, pro re, pro loco, uno tempo-  
 re. Hos & alios dicendi modos, mira elegantique varie-  
 tate profecta illa Latinitas condidit.

Ad tempus.

Terent. Commodiorem hominis aduentum ad tempus  
 non uidi. Cic. de Finibus bonorum & malorum: Itaque ad  
 tempus ad Pisonem omnes. Idem Plancio: Is autem, qui ue-  
 re appellari potest honor, non inuitamentum ad tempus,  
 sed perpetua uirtutis est præmiũ. Idem Antico: Satis erat

dierum, ut Puteolos excurrere postem, & ad tēpus redire.

In tempus.

*Cic. Att. Nam & eiusmodi sunt ij versus, ut ab initio Pompeij in tempus scripti esse videantur.*

HORATIVS:

Et præsens in tempus omittas.

Vno tempore.

*Cic. Att. Multas vno tempore accepi epistolas tuas.*

Suo tempore.

*Idem in Verrem. Scandilius rem se totam relicturum dicit, & suo tempore esse rediturum.*

Primo quoque die.

*Ibid. Decreuerunt, ut primo quoque die ad populum ferrent. Cn. Pompeius L. Domitio: Ut primo quoque die Luceriam aduenires.*

Tempestiuum conuiuium.

**N**ONDVM cuiquam satis arbutur exploratum, quid sit tempestiuū conuiuium. Hoc cerio liquet non esse id quod simpliciter verba ostendunt, ut sit cōuiuium tempestiuum, quod conuiuū in tēpore paratum. Nam ut patet ex iis, quas infra posui autoritatibus, aliquid præcipue in eo erat conuiuio, quod nō erat in aliis, ut Magisteria à maioribus instituta, ut sermo quidā, qui more maiorū à magistro adhibebatur in poculo, ea cuiusmodi essent, nemo (quod sciam) prodidit. *Cic. Attic. Audio à bonis viris, qui & nunc, & sæpè antea magno præsidio Reipub. fuerūt, hanc cunctationē nostram non probari, multāq; mihi seuerē in conuiuio tempestiuo disputari. Idem pro Pub. Sylla: Quantum alij tribuunt tēpestiuo conuiuio, quantum aleæ. Idem pro L. Murena: Nemo ferè salutar sobrius, nisi forè insensat, neque in solitudine, neque in conuiuio moderato, atque honesto. Tempestini conuiuij, amoni loci, multarum deliciarum comes est extrema salratio.*

ratio. Idem de senectute. Catonem loquentem facit: Ego vero propter sermonis delectationem tempestiuus quoque conuiuus delector. & subdit: Me vero & magisteria delectant, à maioribus instituta, & is sermo, qui more maiorum à summo magistro adhibetur in poculo. Idem Attic. Quas enim carnas & facere, & obire scripsit ad mo Sextus? quam lauta? quam tempestiuas?

HORATIUS in Odis:

Tempestiuus in domo  
Pauli purpureis ales oleribus.  
Commeffabere maximi.

TEMPESTAS IDONEA, MALA.

**N**ON est semper tempestas mala, sed quandoque bona, ut constet verbum medium esse. Cic. Quint. Frat. Tu si ua expedit, velim quam primum bona & certa tempestate conscendas ad meq, venias. Ibid. Primam navigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omiseris.

Tabescere.

Tabescere non est languere aut deficere aut putrescere, ut nonnulli putant, sed interiore sensu est proprie liquefcere, consumi. Plautus in Mercat. Cur adepol miserum quod guttatim contabescit, & quasi in aquam tu indideris salem?

HORATIUS:

Quòdque aliena capella gerat distantius vber,  
Tabescit.

OVIDIUS in Metam.

Tabuerant ceræ, multos quatit ille lacertos.

TANTVM ABEST, PARVM

abest, nihil abest.

**T**ANTVM abest, parum abest, nihil abest, dicendi elegantissimi modi, non sunt à studiosis literarum

praterereundi. Cic. in Tusculanis: Sed tamen tantum abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus. Idem pro lege Manil. Tantumque abest, ut aliquam bonam gratiam mihi quassisse videar, ut multis etiam similitates, partim obscuras, partim apertas intelligatis, mihi non necessarias, vobis non inuitiles suscepisse.

## TENTARE, ATTENTARE.

**T**ENTARE paulo occultiore significato, id est, quod afficere, & occupare. Attentare autem quasi insidiosè peruestigare. Cic. Att. Scripseras te quodam valetudinis genere tentari. Eidem: Valetudinem tuam iam confirmatam esse, & à veteri morbo, & à nouis tentationibus gaudeo. Idem in Tusculanis: Quod animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. Idem de Oratore: Cum is est auditor, qui non vereatur, ne compositæ orationis insidias sua fides attentetur.

VIRGILIUS in Georg.

Turpis oues tentat scabies.

HORATIUS:

Si latus, aut renes morbo tentantur acuro.

Ibidem:

At si condoluit tentatum frigore corpus.

## TANTISPERIDVM.

**T**ANTISPER plerumq, particulam dum, post se trahit apud eos autores, quos nunquam satis laudare, satis admirari, & suspicere possumus. Cicero Mar. Varron. Habes rationem consilij mei, tibi igitur censeo latendum tantisper ibidem, dum efferuescit hæc gratulatio, & simul dum audiam quemadmodum negocium confectum sit. Transuersum vnguem non discedere, vel digitum, aut pedem latum, vel digitum latum.

Modum etiã hunc dicendi formarunt Latini illi, citius parvulum

paruulum interuallū ostendere volebant. Cic. in Academicis: Ab hac mihi non licet trāsuersum (ut aiūt) digitū discedere. Idem in Verrē: Pueri Sisenne credo qui audiuissent, quae in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusquam deicere, neque ab argento digitum discedere. Idem. Cicer. Fabio Gallo: Urgeo igitur trāsuersum unguem (quod aiunt) a stylo, is enim est dicendi opifex.

Terra rudis.

Villa rudis, terra rudis, est quae prius profcissa non fuit, sed intacta, & (ut vulgō dicunt) noua. Cic. Q. Fratri: In villam apertam, ac ne rudem quidem ducere nolui. Varro de re Rust. Terram rudem profcindere oportet. Ibid. Illud quoque multum interest in rudi terra, an in ea feras, quae quotannis si obsua, quae vocatur restibilia. Ouidius in Metamorph. Rudis indigesta quo moles.

Tollere manus.

Tollere manus, Modum hunc loquendi in letitia, vel admiratione rei gratæ antiqui adhibebant. Cicero Casari: Sustulimus manus & ego & Balbus, tanta fuit opportunitas. Idem in Academicis. Hortensius autem vehementer admitans, quod quidem perperno Lucilio loquente fecerit, ut etiam manus saepe tolleret.

Tendere iter.

Tendere iter, id est, quod uer facere.

VIRGILIUS:

Tendere iter pennis.

V

V T.



PRIMI vix potest, quantam partem Latini sermonis particula Ut, continet quā uero vario dicendi modo per orationem serpat, ac veluti fasciua luxuriat.

De *Vt*, quò loco multi, ne, ineptè ponunt, & significat dubitationem, & coniungitur cum metuo, vereor, timeo. *Cicer. Attic. Et tamen vereor ut iis ipsis contentus sit. Idem Terentia: Omnes labores te accipere video, timeo ut sustineas. Horatius: O puer, ut sis vitalis meo.*

De *Vt*, pro quemadmodum.

*Cic. ad Brutum: Age verò teste producto credo te exclamationem Clodij aduocati audisse, qua consurrectio iudicum facta sit, ut me circumsteterint, ut aperte iugula sua pro meo capite Pub. Clodio ostentarint. Idem in Rullum: Sed omitto ut sit factus vterque nostrum.*

VIRGILIUS in *Bucolicis*:

Aspice ut antrum

Syluestris raris sparsit labrusca racemis.

De *Vt*, pro quomodo, & interrogantis.

*Plautus in Persa: Ut vales? Respondetur, ut queo. Idem in Trinummus: Quid agit tua vxor? ut vales?*

De *Vt*, pro quomodo, sed cum quadam admiratione interrogat.

*Plaut. in Captiuis: Ut sapè summa ingenia in occulto latent? Idem in Rudens. Ut afflictamur miserè?*

VIRGILIUS:

Vt te fortissime Teuerum,

Accipio, agnoscoque libens? ut verba parentis?

HORATIUS:

Vt iuuat pasta oues videre properantes domum?

Vt pro licet, vel posito, vel dato, ut nunc loquimur.

*Cicer. Atti. Quis autem locus erit tutus, ut placatis utamur fluctibus? Idem Bruto: Nos te tuumque exercitum expectamus, sine quo ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. Idem de Oratore: Ut enim queras omnia, quo modo Greci ineptum appellant*



non reperies. Idem pro Publio Quintio: Ad me ventum est, qui ut summa haberem cetera, temporis quidem certe vix satis habui, ut rem totam, tot controuersis implicitam possem cognoscere.

## OVIDIUS de Ponto:

Vt mihi dii faueant, quibus est manifestior ipse,  
Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Ibidem:

Luce minùs decima dominam venietis in urbem.  
Vt festinatum non faciatis iter.

Idem:

Vt multum demas nostro de corpore curæ,  
Non minus exhausto quo superabit erit.

Vt, pro sicut.

Cic. ad Brutum: Habes ut breuissime potui genus iudicij. Idem de Senectute: Multa etiam ut in homine Romano litera erant. Idem de Finibus: Pueri, in quibus ut in speculis natura cernitur,

Vt, pro Vtinam, execrando, vel optando.

Plautus in Persa: Ut istum dii, deaque perdant.  
Idem in Mostellar. Ut dii, deaq, omnes me pessimis exemplis interficiant, nisi ego illam interfecero, sui fameque atque gelu.

Vt, pro postquam.

Cicero. Anto. Est enim annus, ut repulsam tulit. Idem in Bruto: Nã ut illos de Repub. libros edidisti, nihil à te sanè postea accepimus. Eidem: Vt veni in Arpinum, cum ad me frater venisset, in primis nobis sermo, isque multus de te fuit. Eidem: Vt primum iudices confederunt, valdè dissidere boni ceperunt.

## OVIDIUS de Ponto:

Nec quicquam ad nostras peruenit acerbis aures,  
Vt sumus in Ponto, perueniatque precor.

## V E.

**P**ARTICULA *Ve*, magna cum venustate & gratia ponitur ab antiquis. Disiunctiua enim coniunctio est, ut id significet quod aut, Cic. Att. Appius enim ad me ex itinere bis tēve literas miserat. Eid. Amici regis duo trēsve per diuites sumi. Idem in Anton. Censore ut Caius Pansa, Aulus Hircius, Consules alter ambōve defendant. Sed eleganter geminata postponitur negatiuæ.

Cic. Lentulo: Peto a te, ut id a me nēve in hoc, nēve in aliis queras. Idem in Orat. Componere, & struere verba sua, ut nēve asper eorum concursus, nēve hiulcus sit, sed quodammodo congmentatus & lenis. Ibid. Id adsequimini, si verba extrema cum consequentibus primis ita iungentis, ut nēve asperè concurrant; nēve vastius diducantur.

VALETUDO INFIRMA,  
infirmitas valetudinis.

**V**ALETUDO infirma, & infirmitas valetudinis, certo dicendi modo dicitur, pro quo illiterati: non est fortis, est debilis. Cic. Tironi: Valetudinem istam infirmam (si me amas) noli vexare. Eidem: Vix in ipsis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur, uodum in mari. Idem M. Mario: Si te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tua tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunæ magis tribuo, quam sapientia tua. Idem pro Aulo Cluent. Cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer. Idem de Orat. In eius infirmissima valetudine, affectusque iam ætate. Idem in Brut. Nisi semper infirma, atque etiam egra valetudine fuisset. Idem de legib. Qui cum esset infirma valetudine, hic ætatem egit in literis. Idem de Officiis; Propter infirmitatem valetudinis non potui similis esse patri.

## FIRMVS ET INFIRMVS.

**C**ICERO Tironi: Te penius rogo, ne tam longa nauigationi & via per hyemē nisi bene firmum committas. Eodem: Ibi te ut firmum offendam mi Tiro effice. Idem Attico: Sed hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc inuitare nolui. Eodem: Sed confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito te firmum fore.

Nota ut firmum, non ita infirmum dici aut certè raro: sed infirma valetudine, & infirmus homo. Firmus autem homo nunquam dicitur, sed absolute firmus. Firmus enim integrum, validum, robustum significat. Infirmitas vero non agrotum (ut illiterati dicunt) sed imbecillum, debilem. Cicero in Academicis questionibus: Ad Sidanum inquam, si videtur, sanè istud est, inquit, sum enim admodum infirmus.

## V T N E.

**E**LEGANTISSIMÆ particula hæc binæ: Ut ne, idem signat, quod Ne particula sola. Cicero Curioni. Petius non ut decernatur aliquid noui, quod solet esse difficilius, sed ut ne quid noui decernatur.

## VENIRE IN MENTEM

illius temporis.

**N**EGLIGENDVS non est hic quoque dicendi modus apud optimos autores celebratus: dicebant enim, cum mihi in mentem venit illius temporis. Quem multi imitari nescientes immutant, ut rudi ac vulgato modo dicant: Cum mihi illud tempus venit in mentem. Cicero Mario: Solet venire in mentem illius temporis, quo proximè fuissetis unā. Idem in Verbo. Cum illius temporis mihi venit in mentem. Ibidem: Non dubito, quin in tanto tuo periculo tuorum tibi scelerum veniat in mentem. Ibidem. Facite ut vobis iri-

nij totius veniat in mentem. Ibid. Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem. Idem pro Pub. Sylla: Sed cum mihi patria imaginis, cum vestrorum periculorum, cum huius urbis, cum illorum delubrorum, atque templorum, cum puerorum, infantium, cum matronarum ac Virginum veniebat in mentem.

## VEL.

**Q**VANTA gratia, & venustate splendet hac particula, Vel? Non enim coniungit aliquid, disiungit, aut discernit, aut copulat, aut affirmat, ut aliqui dicunt: Sed id proprie significare videtur, quod interrogantes dicimus: Quid tibi de hoc videtur? aut quid nunc dicis? Plantus in Menecemis: Dij vestram fidem, vel hic, qui nunc insanit, quam valuit paulo prius? Terent. in Andria: Vel hoc quis non credat, qui te norit, abs te esse ortum? Idem in Eunucho? Vel rex semper maximas mihi gratias agebat, quidquid effeceram, aliis non in idem.

Clarus est eius particulae alius sensus, quo significatur etiam.

Cicero ad Att. Ut vel perire maluerit, quam perdere omnia. Ad eundem: Occupationum mearum vel hoc signum erit, quod epistola librarij manu est.

## VSQVE DVM.

**V**SQVE dum, haec duo particulae compositae idem significant quod usquequò, vel quoad. Cice. in Verr. Faretur id, quod negari non potest, se privatum hominem, praedonum duces viros atque incolumes domi suae postea quam Romam redierit, usque dum per me licuerit tenuisse.

**VBIVIS GENTIVM, QVISQVAM GENTIVM**, vbi gentium, vbi terrarum, quid rerum, &c.

**V**BIVIS gentium, quisquam gentium, vbi sis gentium, vbi terrarum, aliquò terrarum, quoquò gentium,

rium, ubi loci, quid rerum, quò locorum, & huiusmodi præcipua sunt observatione dignissima. *Plautus in Mercator.* Ubi nam est is homo gentium? *Ibid.* Minime gentium. *Ibidem:* Nusquam gentium. *Idem in Pseudolo:* Neque Libella vlla spes sit vsquam gentium. *Idem in Asinar.* Unde gentium? *idem in Aulular.* Neque ligna ego vsquam gentium præberi vidi pulchrius. *Idem in Mure:* Conueni. m illum ubi, ubi erit gentium. *Idem in Bacchidibus:* Sequere hac me. Responderur Quò gentium? *Terentius in Hecyra:* Cui quanto fuerat præstabilius, ubiuis gentium etatem agere? *Ibidem:* An quisquam gentium est aequè miser? *Cicero in Catilinam:* O dij immortales, ubinam gentium sumus? *Plautus in Amphitrione:* Non ad eol nunc ubi terrarum sim scio. *Idem in Mercatore:* Ubi loci res summa nostra publica? *Terentius in Phorm.* Quoquo hinc asportabor terrarum, certum est prosequi aut perire. *Cicero Attico:* Et si mihi nihil erat propositum ad scribendum, quia quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem.

## H O R A T I V S :

Mitte sectari rosa quò locorum  
Sera moretur.

## V S Q V E.

**P**RÆPOSITIO vsque observatione dignissima est. Cõiungitur enim plerũque à perfectis illis cõ aliis præpositionibus *A, ab, ad, ante, e, ex.* Interdum etiã cum aduerbio, *pridie, postridie, dum, istinc, magna cõ venustate.*

Vsque ad.

*Cicer. Att.* Nos in Formiano esse volumus vsque ad pridie Nonas Maias. *Titus Linius* ab vrbe condita. *Vsque ante diem quintum Calend. Maias.*

O V I D I V S in *Metamorph.*

Ad vsque

Decolor extremo quã cingitur India Gange.

Vsque

Vſque A, Vſque Ab.

*Cic. pro Aulo Cluentio: Compers mulierem quandam Latino, atque illam vſque à mari ſupero Romam proficiſci cum magno comitatu. Idem in Verrem. Hoc illi nauigio ad omnes populi Romani hoſtes vſque ab Diano, quod in Hiſpania eſt, ad Sinopem qua in Ponto eſt, nauigauerunt. Idem in Vatinius teſtem: Quod augures omnes vſque à Romulo decreuerunt.*

VIRGILIUS:

Vſque à proavis vetus ordinis ætas.

Iacm.

Siculo proſpexit ab vſque Pachino.

Vſque dum, id eſt, donec.

*Cic. pro Publ. Quintio: Tacet res in controuerſiis iſto calumniante biennium vſque dum inueniretur.*

Vſque eò, id eſt, tandiu, ſeu tantopere.

*Cic. de Natura deorum: Vſque eò premere eorum capita mordicus, dum captum amitteret. Idem pro Sexto Roſcio Amerino: Sed vſque eò quid arguas non habes.*

Vſque iſthinc.

*Cic. Att. Noſti ſonitus noſtros, tanti fuerunt, vt ego breuior ſim, quòd eos vſque iſthinc exauditos putem.*

VACVVS A CVLPA, A

periculo, à dolore.

**A**NTIQVI illi vacuum à culpa, vacuū à periculo, & vacuum à dolore, & huiusmodi adita præpoſitione dicebāt. *Cic. in Verrem: Nam ipſa Meſſana, qua ſitu, mœnibus, portuque ornata ſit, ab iis rebus, quibus iſte delectatur, ſanè vacua ac nuda eſt. Idem Attico: Sin eris ab iſto periculo vacuus. Idē de Officiis: Adhibēda eſt vacuitas*

cuitas ab angoribus. Idem de finibus bonorum & malorum: *Quid is locus ab omni turba id temporis vacuus esset. Idem Quinti, Fratri. Sin eris ab isto periculo vacuus, ages scilicet, si quid agi posse de nobis putabis. Idem de arte Rhetorica: Si animus à talibus factis vacuus & integer esse, dicitur.*

### VENIRE HÆREDITAS.

**V**ENIRE hereditas Latine dicitur id quod multi dicunt, in hereditatem succedere. Cic. in *Verr.* Cuius filia cum à propinquo hereditas permagna venisset. *Ibid.* Presertim cum tibi illo ipso anno è Chelidone venisset hereditas. *Ibid.* Hic Verres hereditatem sibi venisse arbitratus est, quod in eius regnum ac manus venerat iste. *Ibid.* Quam pridem sibi hereditas venisset, docet.

### VICARIUS.

**V**ICARIUM eum esse, qui alicuius vices gerat plannissimum est. Est alio sensu vicarius, seruus qui serui vices gerit. Ab eo ut arbitror, postea in alios quoque vis vocabuli transfusa est. Cic. in *Verr.* Peculia omnium, vicariique retinentur.

**Q**VÆ cum versum vel versus composita sunt, mitificam in Latinitate elegantiam obtinent, suntque vel præcipua observatione dignissima.

Quoquò versum, aduerbium ad locum, id est, versus quemcunque locum. Quaquà versum, id est, per quemcunque locum. Aliquò versum, id est, versus aliquem locum. Aliò versum, id est, versus alium locum, vel per translationem, ob aliã causam. Veroque versum, id est, versus utrunque. Deorsum versum, id est, versus inferiorem locum. Sursum versum, id est, versus superiorem locum.

### V S P I A M.

**L**Oco huius particula vspiã, multi ineptè, in aliquo loco, dicunt, Cic. *Att.* Sed tamen hoc me ipso conso-

labar, quòd non dubitabā, quin te ille aut Dirrachij aut in istis locis vspiam visurus esset. Eidem: Inde utrū consistere vspiam velit, an mare transire nescit? Idem in Academicis: Siue est illa scripta vspiam, siue nusquam.

QVÆ SEQVVTVR, HADRIANVS

fuis locis disponere negotiis impeditus non potuit. Quare tanquam appendix libri totius legatur.

CONTENDO ET REMITTO.

**N**ON abs re, neque superuacaneum putavi aliquid etiam scribere de modis dicendi, quibus proferuntur verba intendo, siue contendo, & remitto, quæ contraria sunt: & adstringo siue densò, ac relaxo, quæ item diuersa sunt: & contraho, ac dilato similiter contraria. Quæ à diuersis diuersò quidem sensu accipiuntur. Primo de intendo & remitto. Cicero in Tusculanis: *Vi onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt: simillimè animus intentione sua pressam depellit omnem ponderum, remissione autem sic virgetur, ut se nequeat extollere.* Idem de Oratore: *Oculi sunt, quorum intentione, tum remissione, tum coniectu, tum hilaritate, motus animorum significamus.* Tullius Linius ab urbe condita: *Remisso siue quò suspensa erat, cataracta magno sonitu cecidit.*

De astringo & relaxo.

Cic. de natura deorum: *Eaque tum adstringitur, tum relaxatur.* Ibid. *Quemadmodum autem reliquæ cibi propellantur, tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus, haud sanè difficile dictu est.* Idem Attico: *Pellem suscepisses iuuenem regendum, pater enim nimium indulgens, quidquid ego astringi, relaxat.*

VIRGILIVS: ○○○○

Densat, erant quæ rata modo, & quæ densa, relaxat.

De



## De contraho &amp; dilato.

*Cic. de natura Deorum: Pulmones tum se contrahunt adspirantes, tum spiritu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis.*

*Per translationem autem dicitur remittere & relaxare animum, hoc est, non semper curis intentum esse. Cicero in Philippica 2. Tamen si modo homines sunt, interdum animis relaxantur. Idem de Legibus: Et cum remittit animos, tum contrahit.*

**Q**UOD multi in scottè, & minus latinè dicunt usque nunc, usque tunc, usque ad id tempus, perfecti illi Romani sermonis parentes, etiam nunc, etiam tunc, vel etiam non, etiam tum, dicebant.

## Etiam nunc.

*Plaut. in Aulularia: Abscede hinc etiam nunc, etiam, obe. Idem in Milite: Etiam nunc vale. Idem in Asinar. Etiam nunc dico, Periphanes Rhodius mercator diues, absente hero solus mihi talentum argenti soli adnumeravit. Cesar in Comment. Atque hortabatur in certo nunc etiam exitu victoria. Cicero pro Luc. Murena: Homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non posse, virum diem tertium dici oporteret. Idem pro Sexto Roscio Amerino: Salvi etiam nunc esse possumus.*

## OVIDIVS de arte:

*Cum licet & veros etiam nunc æditis annos.*

*Idem in maiore opere:*

*Nec Telamonides etiam nunc hiscere quidquam Audeat.*

*Titus Liu. de bello Punico: Quid est Hanno, inquit, etiam nunc pavisset belli suscepti adversus Romanos?*

*Etiamnum.*

*Plautus in Menecemis: Ibo etiamnum. Varro de re Rust. Cum etiamnum Platanus nonnulla esset.*

Etiam tum.

*Terent. in Hecyra: Me educit foras, narratque vi virgo ab se integra etiam tum fiet. Cicer. de Orator. Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum. Ibidem: Cum etiam tum in lecto Crassus esset.*

*Iam tum, iam nunc, aliud certe est, significatque id quod ex tunc, ex nunc ineptie dicunt. Cicero pro Aulo Licinio: Ita se iam tum gessisse pro ciue iis temporibus, que tu criminaris. Idem in Verrem: Iam tum cum bello fugitiuorum tota Italia arderet. Idem pro Cluentio: Qui omnes in iudiciis publicis iam tum florente Romano populo floruerunt.*

## VIRGILIUS:

*Iam tum religio pauidos terrebat agrestes.*

*Iam nunc.*

*Cicero de diuinatione: Iam nunc mente & cogitatione perspicio, que tunc studia hominum, qui concursus futuri sint. Ibid. Que cum cogito, iam nunc timeo.*

## VIRGILIUS in Georgicis:

*Et votis iam nunc adsuete vocari.*

## PROPERTIUS:

*Iam nunc me sacra Dianæ*

*Suscipere, & Veneri ponere vota iuuat.*

PRVDENS, IMPRVDENS  
legum.

**O**BSERVANDVS est & hic dicendi modus, Prvdens, imprvdens legum, & in legibus iuris, & cetera. Cic. de arte Rhetorica: Imprudentes legis cum existissent vitulum immolauerunt. Idem de Amicitia: Quia prvdens esse in iure ciuili putabatur.

HABERE QVÆSTVI, HABERE  
honor, habere prædæ, habere voluptati.

**C**ICERO de Officiis: Habere enim quasi Rempub. nō modo turpe est, sed sceleratum etiā, & nefarium,  
Salustius

Salustius in *Inгурthino*: Sed incedunt per ora vestra magnificè, sacerdotia & consulatus, pars triumphos suos ostentantes, perinde quasi ea honori, non prada habeant. Idem in eodem: Et alia, quæ ceteri miserias vocant, voluptati habuisset.

CERTVM HABERE, PRO  
certo habere.

**C**ERTVM habere, pro certo habere, Certum scire: Certo scire: Modi sunt loquendi candidissimi. Cicero ad Atticum: Neque id ipsum tamen certum habeo. Idem ad eundem: Quod queris quandiu hic paucos dies, sed certum non habeo. Idem Bruto: Neque nunciabatur quidquam, quod pro certo haberemus.

Certum scire, certo scire.

Cic. Bruto: Cum certum sciero, scribam ad te. Idem eidem: Nostra res, meliore loco videbantur, scripta enim ad te certo scio, quæ gesta sint.

AD REM PERTINET, AD REM  
facit.

**H**OC ad rem pertinet, non pertinet: Hoc ad rem facit, non facit, quod est, non cõuenit. Modus est idem dicendi, quo iam parum aliqui vtuntur, sed pro eo inscite dicunt: Hoc ad propositum facit, vel pertinet, aut ad propositum non facit, vel non pertinet. Cicero in *Epistolis*: Et si quid ad rem pertinet, etiam locupletem.

OVIDIVS in *Epistolis*:

Ad talem formam non facit iste locus.

Idem:

Non facit ad citharas Barbiton vlla meas.

SVMVM, MINIMVM.

**S**VMMVM, Minimũ. Modo hoc loquẽdi significatur, quod illiterati dicunt, ad maius, ad minus. Cic. Atti-

co: Scias igitur fortasse cras, summum perendie. Varro de re Rust. Ita sunt omnium partes minimum octuaginta una. Ibid. Harum genera minimum in binas species diuidi possunt. Titus Livius de bello Macedonico: Cum tribus summum militibus.

MAXIME OMNIUM, MINIMÈ omnium.

**Q**UOD insciè dicunt, plus quàm omnes, minus quàm omnes: Maxime omnium, minimè omnium antiqui dicebant. Cicer. in Bruto. Qui maxime omnium nobilium Græcis literis studuit. Idem de Oratore: Quod quidem tu minimè omnium ignoras.

HOC ME MOUET.

**D**ICEBANT antiqui Hoc me non mouet, vel hoc me mouet, quando res aliqua non illi cordi erat, vel contra. cum maxime urgebat aut premebat. Casar Curiō: Neque illud me mouet, quod ij, qui à me dimissi sunt, discessisse dicant. Cicero Attic. Vnus Pompeius me mouet beneficio, non autoritate. Paulus de Usu, & usufructu, l. Sempronius: Mouet me, quod dies legati huius, sine fideicommissi cesserit.

EXPERIENS VIR.

**E**XPERIENS vir, Arator expetiens, corrupto modo dicendi. id est, quod dicunt, Vir expertus, Arator expertus. Cicero pro Cluentio: Aulus Aurius vir fortis, & experiens. Idem in Verrem: Aliquis experiens arator.

HORATIUS:

Et decus, & pretium rectè petit experiens vir.

TANGERE DE COELO.

**T**Angere de caelo, id significat quod peruersè dicunt, fulminare. Cato de re Rustic. Si de caelo villa tacta fiet,

*fiet, de ea verba diuina uti fiant procuret.*

V I R G I L I V S :

De cælo tactas memini prædicere quercus.

D A R E P R O M I S S A.

**D**A R E *promissa: Est & hic alius perelegans dicendi  
modus, idem significans, quod promittere.*

C A T V L L V S :

At non hæc quondam blando promissa dedisti?

V I R G I L I V S :

Non hæc Euandro de te promissa parenti

Discedens dederam.

I N A P E R T V M P R O F E R R E.

**I**N *apertum proferre, nil est aliud, quam (ut dicunt) in  
publicum vulgare. Sed modus antiquus dicendi ob-  
seruandus est. Cicero in Paradoxis. Hoc tamen opus ut  
in apertum proferas, nihil postulo.*

H O R A T I V S :

In apertum proferet ætas.

F I N I S.



HISTORICAL

RECORDS

OF THE

STATE OF

MISSISSIPPI

FROM 1820 TO 1860

INCLUSIVE

EDITED BY

JOHN W. COOPER

MEMPHIS

1868



